Annus VII - Vol. VII | Die 31 Decembris 1915 | Num. 21

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

SUMMARIUM

I. *Acta Benedicti Pp. XV:* Epistolae, pag. 589. - II. *S. C. Sancti Officii:* Decretum circa vulgo dictum « Secret de la Salette », pag. 594.

Diarium Romanae Curiae: Nomine, onorificenze, necrologio, pagg. 595-596.

INDICES: I. Index generalis rerum, pag. 597. — II. Index documentorum chronologico ordine digestus, pag. 599. — III. Index analyticus rerum notabilium, pag. 611. — IV. Index personarum, pag. 633.

ROMAE

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

MDCCCCXV

Directio: Palazzo della Cancelleria. — Roma.
Administratio: Tipografia Poliglotta Vaticana, — Roma.

Pretium annuae subnotationis.
Pro Italia, L. **12.** — Extra Italiam, L. **15.**
Unius fasciculi, L. **1.**

« *Bis* fere *in mense* (Commentarium) *prodibit, ac quotiescumque vel necessitas vel utilitas id postulare videbitur* » (Ex *Commentarii Officialis* ratione die 29 Octobris 1908 edita).

INDEX HUIUS FASCICULI

(An. VII, n. 21 - 31 Decembris 1915)

ACTA BENEDICTI PP. XV

Epistolae

PAG.

I. *Perspecta iam diu.* - Ad R. P. D. Iosephum Torras y Bages, Vicensium episcopum, de libello « El internacionalismo papal » gratulatur. - *25 novembris 1915* 589

II. *Epistola tua.* - Ad R. D. E. Villette, moderatorem archisodalitatis ab Agonia D. N. I. C. ad Gethsemani nuncupatae, de litteris venerationis et obsequii plenis gratias persolvens. - *4 decembris 1915* 590

III. *Communis vestra.* - Ad R. P. D. Hieronymum Thomé da Silva, archiepiscopum S. Salvatoris in Brasilia, ceterosque episcopos de officiosissimis litteris gratias agens. - *9 decembris 1915* 591

IV. *Communem vestram.* - Ad RR. PP. DD. Archiepiscopos et Episcopos Galliciae, de communi obsequentissima epistola grates persolvit. - *10 decembris 1915* 591

V. *Affari vos.* - Ad R. P. D. Rinaldum C. Rousset, Rheginensium archiepiscopum, ceterosque Calabriae archiepiscopos atque episcopos, annui coetus gratia simul congregatos. - *11 decembris 1915* 592

PAG.

VI. *Et horrida.* - Ad Ioannem card. Csernoch, archiepiscopum Strigoniensem, ceterosque Hungariae archiepiscopos atque episcopos, de communibus litteris obsequii plenis gratias agit. - *12 dec. 1915* . . 593

SUPREMA S. CONGR. S. OFFICII

Decretum circa vulgo dictum « Secret de la Salette ». - *21 decembris 1915* 594

DIARIUM ROMANAE CURIAE

I. Segreteria di Stato. *Nomine, onorificenze* 595

II. Necrologio 596

INDICES VOL. VII ANNI 1915

I. Index generalis rerum 597

II. Index documentorum chronologico ordine digestus 599

III. Index analyticus rerum notabilium . . . 611

IV. Index personarum 633

Annus VII - Vol. VII Die 31 Decembris 1915 Num. 21

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

EPISTOLAE

I

AD R. P. D. IOSEPHUM TORRAS Y BAGES, VICENSIUM EPISCOPUM, DE LIBELLO « EL INTERNACIONALISMO PAPAL » GRATULATUR.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Perspecta iam diu quidem Nobis tua in Apostolicam Sedem et studia et officia, novis et haud obscuris documentis testata agnovimus vixdum, divina miseratione, ad hanc vocati fuimus potestatis plenitudinem. Tuae opinionem virtutis mire nunc in Nobis auget editus a te nuper libellus, inscriptus *El Internacionalismo Papal;* idemque significandae tibi voluntatis Nostrae, cupientibus sane atque exoptantibus, peropportunam Nobis praebet occasionem. Vix quicquam legimus libentius: adeo ea omnia, quae in *Exhortatione* Nostra ad populos bellum gerentes eorumque rectores persequuti scribendo sumus, acri iudicio complexus es, ut Nostri animi mentem et perspexeris penitus, et ita retuleris, ut qui tua scripta legat, is plane videat et ad quas rationes, in tota hac re bellica, acta Nostra exegerimus et quo Nostra spectarint ad pacem hortamenta. Est igitur cur et gratulemur tibi uberem ingenii studiique fructum, et vota etiam addamus ut, quae scripsisti ad tuorum eruditionem fidelium, late manent, ut quisque possit cogitationum consiliorumque Nostrorum et vim assequi et aestimare, uti par est, utilitates.

Quod optatissimum, non tibi tantum, sed etiam Nobis, laborum praemium ut consequi divino beneficio detur, caelestium auspicem

munerum Nostraeque testem benevolentiae, Apostolicam Benedictionem tibi ipsi, venerabilis Frater, universoque tuo Clero ac populo peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die XXV novembris MCMXV, Pontificatus Nostri anno secundo.

BENEDICTUS PP. XV

II

AD R. D. E. VILLETTE, MODERATOREM ARCHISODALITATIS AB AGONIA D. N. I. C. AD GETHSEMANI NUNCUPATAE, DE LITTERIS VENERATIONIS ET OBSEQUII PLENIS GRATIAS PERSOLVENS.

Dilecte Fili, religiose vir, salutem et apostolicam benedictionem. — Epistola tua et incrementa nunciat archisodalitatis quam moderaris, et Nostram eidem studet conciliare gratiam. At vero opus tam salutare gratiam scito non exiguam apud Nos iniisse simul ac cognovimus propositum sanctum, quo spectat, et pias preces, ad quas ingeminandas sodales suos tam studiose hortatur. Cotidianae hae preces, quas commentatio passionis Christi efficit ferventiores et ipsa eius vulnera - immensi amoris pignora - enixe apud Patrem commendant, quanta, dilecte Fili, Ecclesiae et Nobis pollicentur! Utrumque enim, ut vides, urgent sollicitudinum caussae multiplices et graves ob hunc armorum aestum tam diuturnum, tam calamitosum: iisdemque commonitos te tuosque sodales velimus, ut et *sine intermissione oretis*, et exemplo hortatuque vestro imitatores quamplurimos nanciscamini, ut nimirum, multiplicatis ad Deum precibus, Ecclesiae, per tot aspera gradienti, largiora pateant divina subsidia.

Auspex interea caelestium munerum Nostraeque testis caritatis Apostolica sit Benedictio, quam tibi, dilecte Fili, ceterisque Archisodalitatis moderatoribus ac sodalibus universis peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die IV decembris MCMXV, Pontificatus Nostri anno secundo.

BENEDICTUS PP. XV

III

AD R. P. D. HIERONYMUM THOMÉ DA SILVA, ARCHIEPISCOPUM S. SALVATORIS IN BRASILIA, CETEROSQUE EPISCOPOS DE OFFICIOSISSIMIS LITTERIS GRATIAS AGENS.

Venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Communis vestra epistola episcopos vos praestat non solum amantissimos gregum, quorum caussa congregati estis, sed etiam vehementer sollicitos de Ecclesia universa, quam probe intelligitis quantus nunc opprimat dolor ob has cotidianas tot filiorum caedes, et quam gravia quamque multiplicia urgeant incommoda ac discrimina. Dulcis, venerabiles Fratres, est hic christianae fraternitatis fructus, absentes amore complecti eorumdemque curis aerumnisque angi ut propriis: idemque argumento Nobis est diu quidem expetitam pacem vos non solum desiderare, sed consociata Nobiscum prece instantius in dies a Deo misericordiarum Patre postulare.

Auspex divinorum munerum Nostraeque testis benevolentiae Apostolica sit Benedictio, quam vobis omnibus, venerabiles Fratres, Clero populoque unicuique vestrum tradito peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die IX decembris MCMXV, Pontificatus Nostri anno secundo.

BENEDICTUS PP. XV

IV

AD RR. PP. DD. ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS GALLICIAE, DE COMMUNI OBSEQUENTISSIMA EPISTOLA GRATES PERSOLVIT.

Venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Communem vestram epistolam ea apud Nos commendat pietatis observantiaeque significatio, qua catholicae Poloniae non solum Episcopos, sed et Clerum ac populum praestare in exemplum novimus. In amore vero ne putetis, venerabiles Fratres, Nos velle vobis concedere. Gentis enim vestrae insidet Nobis in animo caritas vetus ac plane singularis; eamque mirum quantum nunc augent vel hae multiplices gravesque cala-

mitates, quibus, caussa huius belli, pene obrui vos cernimus. Paternum ad eas, ut nostis, adiecimus animum hoc unum dolentes, non eo pertinuisse beneficia Nostra, quo amantissimi cordis desideria pertinuerunt. At vero divitem in misericordia Deum numquam precari omittimus ut vobis, venerabiles Fratres, ac Poloniae universae ita adsit propitius, ut et amara horum dierum temperet, et omnia impleat legitima desideria.

Auspex interea divinorum munerum Nostraeque testis benevolentiae Apostolica sit Benedictio, quam vobis omnibus, venerabiles Fratres, Clero populoque unicuique vestrum tradito peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die x decembris MCMXV, Pontificatus Nostri anno secundo.

BENEDICTUS PP. XV

V

AD R. P. D. RINALDUM C. ROUSSET, RHEGINENSIUM ARCHIEPISCOPUM, CETEROSQUE CALABRIAE ARCHIEPISCOPOS ATQUE EPISCOPOS, ANNUI COETUS GRATIA SIMUL CONGREGATOS.

Venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Affari vos, venerabiles Fratres, vix licet Nobis quin id praesertim occurrat animo, quod maxime vos gloriari in communi vestra epistola intelleximus: constantem dicimus inter Apostolicam Sedem et Calabriae Episcopos hinc observantiae, inde benevolentiae vicissitudinem. Non vanam laudis ostentationem visa Nobis sunt afferre verba vestra, sed desiderium vehemens egregia maiorum exempla pietate sollertiaque vestra sectandi fideliter. Macte virtute estote: desiderium enim eiusmodi, Deo gratum et Nobis, non utilitatum tantum maximarum copiam, sed gloriam vobismetipsis allaturum est non exiguam.

Auspex interim caelestium munerum Nostraeque testis benevolentiae, Apostolica sit Benedictio, quam vobis omnibus, venerabiles Fratres, Clero ac populo unicuique vestrum tradito peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die XI decembris MCMXV, Pontificatus Nostri anno secundo.

BENEDICTUS PP. XV.

VI

AD IOANNEM CARD. CSERNOCH, ARCHIEPISCOPUM STRIGONIENSEM, CETEROSQUE HUNGARIAE ARCHIEPISCOPOS ATQUE EPISCOPOS, DE COMMUNIBUS LITTERIS OBSEQUII PLENIS GRATIAS AGIT.

Dilecte Fili Noster ac Venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Et horrida doletis huius belli, et ea studiose recolitis, quae ad eius calamitates minuendas mitigandasque, suadente Christi caritate, egimus; et communia pacis desideria piis ad Deum precibus enixius in dies commendare spondetis. In litteris atque officiis vestris nihil plane deest ex iis quae fratrum amantissimorum pietas desideret! eaque Nos et grato complectimur animo et pari rependimus pietatis vice Apostolicam Benedictionem, caelestium auspicem munerum Nostraeque testem benevolentiae, vobis omnibus, dilecte Fili Noster ac venerabiles Fratres, et gregibus, in quos curae studiaque vestra pervigilant, peramanter in Domino impertiendo.

Datum Romae apud S. Petrum, die XII decembris MCMXV, Pontificatus Nostri anno secundo.

BENEDICTUS PP. XV

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

DECRETUM

CIRCA VULGO DICTUM « SECRET DE LA SALETTE »

Ad Supremae huius Congregationis notitiam pervenit quosdam non deesse, etiam ex ecclesiastico coetu, qui, posthabitis responsionibus ac decisionibus ipsius S. Congregationis, per libros, opuscula atque articulos in foliis periodicis editos, sive subscriptos sive sine nomine, de sic dicto *Secret de la Salette,* de diversis ipsius formis, nec non de eius praesentibus aut futuris temporibus accommodatione disserere ac pertractare pergunt; idque non modo absque Ordinariorum licentia, verum etiam contra ipsorum vetitum. Ut hi abusus qui verae pietati officiunt, et ecclesiasticam auctoritatem magnopere laedunt, cohibeantur, eadem Sacra Congregatio mandat omnibus fidelibus cuiuscumque regionis ne sub quovis praetextu vel quavis forma, nempe per libros, opuscula aut articulos sive subscriptos sive sine nomine, vel alio quovis modo, de memorato subiecto disserant aut pertractent. Quicumque vero hoc Sancti Officii praeceptum violaverint, si sint sacerdotes, priventur omni, quam forte habeant, dignitate et per Ordinarium loci ab audiendis sacramentalibus confessionibus et a missa celebranda suspendantur: et si sint laici ad Sacramenta non admittantur donec resipiscant. Utrique insuper subiaceant sanctionibus latis tum a Leone PP. XIII per Constitutionem *Officiorum ac munerum* contra eos qui libros de rebus religiosis tractantes sine legitima Superiorum licentia publicant, cum ab Urbano VIII per decretum *Sanctissimus Dominus Noster* datum die 13 martii 1625 contra eos qui assertas revelationes sine Ordinariorum licentia vulgant. Hoc autem decretum devotionem non vetat erga Beatissimam Virginem sub titulo *Reconciliatricis* vulgo *de la Salette* nuncupatam.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 21 decembris 1915.

Aloisius Castellano, S. R. et U. I. *Notarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. PENITENZIERIA APOSTOLICA

NOMINA

Con Biglietto dell'Emo Sig. Cardinale Penitenziere Maggiore, il Santo Padre si è degnato di nominare:

21 dicembre 1915. — Mons. Giulio Serafini, Vescovo titolare di Lampsaco, *Canonista della Sacra Penitenzieria Apostolica.*

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

20 dicembre 1915. — Gli Eminentissimi signori cardinali Gennaro Granito Pignatelli di Belmonte, e Giulio Tonti, *Membri della Commissione Cardinalizia per l'Opera della Preservazione della Fede in Roma.*

— Mons. Roberto Vicentini, *Promotore di Giustizia presso il Tribunale della Sacra Romana Rota.*

24 dicembre. — L'Emo signor cardinale Guglielmo Van Rossum, *Protettore dell'Istituto delle Povere Suore Scolare di Nostra Signora.*

27 dicembre. — Il Rev. D. Giuseppe Rossino, *Sostituto della Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi per la Sezione dei Seminari.*

Protonotarii apostolici ad instar participantium:

7 ottobre 1915. — Mons. Michele F. Fitz Simmons, dell'archidiocesi di Chicago.

3 dicembre. — Mons. Giovanni Pio dos Santos, dell'archidiocesi di Rio de Janeiro.

Prelati Domestici di S. S.:

7 ottobre 1915. — Mons. Luigi F. Thiele, dell'archidiocesi di Chicago.

2 dicembre. — Mons. Isauro de Aranjo Medeiros, dell'archidiocesi di Rio de Janeiro.

4 dicembre. — Mons. Giuseppe Delaney, della diocesi di Albany.

14 dicembre. — Mons. Daniele Giacomo Gercke, della diocesi di Cáceres.

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

27 novembre 1915. — Al sig. principe D. Giuseppe Aldobrandini.

16 dicembre. — Al sig. principe di Solofra, D. Domenico Orsini.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

4 dicembre 1915. — Al sig. Antonio Gomez Restrepo, sottosegretario del Ministero degli affari esteri di Colombia.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

17 dicembre 1915. — Al sig. Vincenzo De Giovanni, duca di S. Severina, dell'archidiocesi di Napoli.

— Al sig. Manuel Coicoya y Vigil Escalera, della diocesi di Oviedo.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

13 dicembre 1915. — Al sig. Ernesto Lécuyer, della diocesi di Coutances.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

14 dicembre 1915. — Al sig. Augusto Florio, di Roma.

17 dicembre. — Al sig. Antonio Tomatis, di Roma.

NECROLOGIO

20 dicembre 1915. — Mons. Federico Edmondo Fuzet, arcivescovo di Rouen.

I

INDEX GENERALIS RERUM

(Ann. VII — Vol. VII)

ACTA BENEDICTI PP. XV.

Constitutiones Apostolicae, 197, 229, 317, 401.
Chirographum, 325.
Motu proprio, 5, 457, 493.
Litterae Apostolicae, 549.
Hortatio ad populos belligerantes eorumque rectores, 365.
Decreta, 8, 378.
Epistolae, 25, 89, 165, 201, 253, 285, 405, 433, 458, 473, 567, 589.
Allocutiones, 33, 509.
Sermo, 92.

SACRAE CONGREGATIONES.

S. Congregatio S. Officii, 205, 594.
Sectio de Indulgentiis, 65, 207, 232, 409, 435, 462, 496, 570.
S. Congregatio Consistorialis:
a) *Documenta,* 38, 95, 145, 172, 208, 262, 287, 326, 378, 437.
b) *Erectiones et immutationes finium dioecesum,* 121, 571.
c) *Provisio Ecclesiarum,* 96, 122, 289, 327, 438, 463, 476.
S. Congregatio de disciplina Sacramentorum, 40, 97, 147, 235, 329, 411, 476.
S. Congregatio Concilii, 26, 45, 67, 98, 173, 209, 262, 382, 416, 479.
S. Congregatio de Religiosis, 104, 123, 439.
S. Congregatio de Propaganda Fide:
a) *Documenta,* 47, 113, 148, 330, 421, 440.
b) *Nominationes,* 70, 124, 149, 179, 290, 331, 463.
S. Congregatio Indicis:
a) *Documentum,* 180.
b) *Subiectionis declaratio,* 180.
S. Congregatio Rituum:
a) *Decreta de Beatificatione vel Canonizatione,* 49, 125, 214, 266.
b) *Liturgica,* 27, 48, 71, 150, 237, 265, 291, 388, 422, 441, 497, 526.
Appendix, 390.
S. Congregatio pro Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis, 268, 463, 498.
S. Congregatio Studiorum, 128.

TRIBUNALIA.

Sacra Poenitentiaria Apostolica, 72, 130, 281, 526.
Appendix, 390.
Sacra Romana Rota:
a) *Sententiae,* 51, 73, 131, 151, 181, 216, 238, 269, 292, 332, 391, 424, 442, 465, 481, 499, 527, 572.
b) *Citationes edictales,* 28, 83.
Signatura Apostolica, 355.

OFFICIA.

Secretaria Status:
a) *Decreta,* 138, 193.
b) *Epistolae,* 85, 138, 192, 224, 246, 358, 453.

Commissio Pontificia de Re Biblica, 357.

Diarium Romanae Curiae:
a) *Concursus ad Officia,* 141, 225, 397.
b) *Monita,* 431, 469.
c) *Nominationes,* 30, 58, 86, 115, 141, 161, 194, 225, 251, 282, 313, 360, 398, 432, 454, 469, 491, 505, 547, 587, 595.
d) *Necrologium,* 32, 88, 120, 144, 164, 196, 228, 252, 284, 316, 364, 400, 432, 456, 472, 492, 508, 588, 596.

II

INDEX DOCUMENTORUM

CHRONOLOGICO ORDINE DIGESTUS

Anno	Mense	Die		Pag.
			I. - ACTA BENEDICTI PP. XV	
			I. - Constitutiones Apostolicae.	
1915	Febr.	1	*Ex actis tempore.* - De Dioecesibus Suburbicariis .	229
»	Mart.	21	*Coenobium Sublacense.* - De Abbatia Sublacensi . .	197
»	Iul.	11	*Quum iampridem.* - De capellanis seu cantoribus choralibus Basilicae Liberianae	317
»	Aug.	10	*Incruentum altaris.* - De sacro ter peragendo in die sollemnis Commemorationis omnium fidelium defunctorum	401
			II. - Chirographum.	
1915	Iun.	28	*Attentis expositis.* - Ad instantiam Emi card. Praefecti S. Trib. Signaturae Apostolicae, huius competentia certius definitur et augetur.	325
			III. - Motu Proprio.	
1914	Dec.	31	*Non multo post.* - De romana sancti Thomae Academia	5
1915	Sept.	16	*Quandoquidem.* - Quaenam indulgentiarum concessiones S. Congregationi S. Officii sint exhibendae .	457
»	Nov.	4	*Seminaria clericorum.* - Nova conditur sacra Congregatio « de Seminariis et de studiorum Universitatibus »	493
			IV. - Litterae Apostolicae.	
1914	Dec.	31	*Romanorum Pontificum.* - Cruciatae Bulla ad decem annos pro locis Lusitanae ditioni subiectis renovatur	549
1915	Aug.	12	*Ut praesens periculum.* - Renovatio Bullae Cruciatae ad duodecim annos pro locis Hispanicae ditioni subiectis	557
»	Dec.	4	*Nihil tam aptum.* - Quaedam ad SS. Cor Iesu oratio indulgentia ditatur	565

Anno	Mense	Die		Pag.
			V. - Hortatio.	
1915	Iul.	28	*Allorchè fummo chiamati.* - Ad populos belligerantes eorumque rectores	365
			VI. - Decreta.	
1915	Ian.	10	Decretum. Preces pro pace certis diebus dicendae praescribuntur	8
»	Iul.	30	Decretum de feriis autumnalibus in Ss. Congregationibus, Tribunalibus et Officiis Sanctae Sedis . .	378
			VII. - Epistolae.	
1914	Dec.	20	*Laetamur plane.* - Ad R. D. sac. Eugenium Couet, moderatorem generalem Congregationis Ssmi Sacramenti et Consociationis sacerdotum adoratorum, de cogendo Canadensi sacerdotum adoratorum coetu	25
»	»	28	*Tuam in Nos.* - Ad R. D. Ubaldum Mannucci, de duplici venerationis obsequio gratias agit	165
1915	Ian.	20	*Cardinalis Francisci Dubillard.* - Ad Hectorem Irenaeum card. Sévin, archiep. Lugdunensem, quem Foederis sacerdotalis « pro Pontifice et Ecclesia » moderatorem creat	89
»	»	25	*Sul Nostro cuore.* - Ad Petrum card. Gasparri, a Secretis Status, pueros quos recens aprutinus terraemotus orphanos reddidit, commendans . . .	90
»	Febr.	1	*Opinionem.* - Ad R. P. D. Eduardum Likowski, archiep. Gnesnensem et Posnaniensem, de miseris Poloniae conditionibus bello partis	91
»	Mart.	12	*Allatum nuper.* - Ad Iacobum card. Gibbons, archiep. Baltimorensem; Ioannem M. card. Farley, archiep. Neo-Eboracensem; Guilelmum card. O'Connel, archiep. Bostoniensem, ceterosque archiepiscopos et episcopos foederatarum Americae civitatum, gratulatur quod sollemnia ob xxv expletum annum a condita catholica studiorum Universitate Washingtoniae apparentur	166
»	»	14	*Cum tu novae.* - Ad R. P. D. Ioannem Ireland, archiep. S. Pauli de Minnesota, de nova aede cathedrali Paulopoli propediem dedicanda	167
»	»	17	*Certiores quotidie.* - Ad Iacobum card. Gibbons, archiep. Baltimorensem, eximiam caritatem laudat catholicorum foederatarum Americae civitatum erga miseros nationis Mexicanae incolas, civilibus perturbationibus vexatos	168
»	»	»	*Suadet has ad te.* - Ad R. D. Carolum Grannan, quod de Collegio Pio Latino Americano bene sit meritus gratulatur	169

Anno	Mense	Die		Pag.
1915	Mart.	21	*Binos libros.* - Ad R. D. Franciscum Naval, sacerdotem e Missionalibus Filiis immaculati Cordis Mariae, binos libros ab ipso oblatos laudibus prosequens	170
»	»	22	*Pergrato Nos.* - Ad R. P. Iosephum Bellino, de exemplari operis *Gesù Cristo nelle Ss. Scritture e nei Ss. Padri e Dottori* reverenter exhibito gratias persolvit	171
»	Apr.	14	*Munusculum tuum.* - Ad R. P. D. Paschalem Morganti, archiep. Ravennatensium, gratias agens de libellis reverenter exhibitis	201
»	»	15	*Vertitur tibi.* - Ad Andream card. Ferrari, archiep. Mediolanensem, de anno xxv ab inito episcopali munere gratulatur	255
»	»	19	*Decessorem Nostrum.* - Ad R. P. D. Iosephum Scatti, episcopum Savonensem et Naulensem, ob sollemnia saecularia in honorem Dominae nostrae a Misericordia	201
»	»	20	*Memoriam etiam nunc.* - Ad Ludovicum N. card. Bégin, Quebecensium archiepiscopum, de eiusdem episcopali iubilaeo gratulatur	256
»	»	23	*Decessori Nostro.* - Ad archiepiscopos et episcopos Australiae, de aedibus Delegato Apostolico acquisitis instructisque, gratias agens	257
»	»	25	*Quod tu.* - Ad R. P. D. Michaëlem F. Korum, episcopum Trevirensem, de litteris obsequentissimis ac de petriana stipe gratias persolvit	258
»	»	27	*Libenter tuas.* - Ad R. D. Matthaeum Crawley Boevey, sacerdotem e Congr. Ss. Cordium Iesu et Mariae: de singulis catholicorum familiis sanctissimo Cordi Iesu consecrandis	203
»	Maii	3	*Communes litteras.* - Ad Franciscum card. de Bettinger, archiep. Monacensem ac Frisingensem, ceterosque Bavariae episcopos, de communibus litteris obsequii plenis gratias persolvens	259
»	»	8	*Susceptum a te.* - Ad R. D. Silverium a S. Teresia, sac. Ordinis Carmelitarum Excalceatorum, de oblato primo volumine operis « Biblioteca mistica carmelitana » gratias agens	260
»	»	20	*Hisce te.* - Ad Antonium card. Mendes Bello, patriarcham Lisbonensem, de eius sacerdotali iubilaeo gratulabundus	285
»	»	25	*Era Nostro proposito.* - Ad Seraphinum card. Vannutelli, episcopum Ostien., Portuen. et sanctae Rufinae, sacri Cardinalium collegii decanum, de luctuosis praesentis temporis adiunctis	253
»	»	29	*Cum religiosae familiae.* - Ad R. P. D. Franciscum Vido, Sodalium a Cruce aegrotis adiuvandis Prae-	

Anno	Mense	Die		Pag.
			fectum Generalem. Sodales ut in instituto alacres perseverent, hortatur	260
1915	Maii	30	*Litteras nuper.* - Ad Ioachim card. Arcoverde de Albuquerque Cavalcanti, archiep. S. Sebastiani Fluminis Ianuarii, ceterosque Brasiliae meridionalis archiepiscopos et episcopos, ut gratuletur de summa animorum consensione qua dioecesum bono consulunt	405
»	Iun.	6	*Grata recordatione.* - Ad R. D. Georgium Triller, antistitem urbanum, praesidem coetus catholicis scriptis per Bavariam edendis, gratulationis causa .	»
»	»	7	*Propediem quinquaginta.* - Ad Franciscum a Paula S. R. E. card. Cassetta, episcopum Tusculanum, gratulationes ob annum quinquagesimum sacerdotii feliciter plenum	286
»	»	18	*Reddidit Nobis.* - Ad R. P. D. Marianum Antonium Espinosa, archiep. Bonaërensem, ceterosque episcopos Reipublicae Argentinae, de sacra Argentinae nationis aede in Urbe	406
»	Iul.	20	*Optimam Nos.* - Ad R. P. D. Hyacinthum Petroni sac., missionalium a Pretioso Sanguine moderatorem generalem, exeunte anno centesimo a sodalitate condita	407
»	Aug.	10	*Venuti per avventura.* - Ad R. P. D. Andream Frühwirth, archiep. tit. Heracliensem, Nuntium Apostolicum in Bavaria, ut eidem septuagesimum aetatis suae annum explenti gratuletur ac fausta quaeque adprecetur	433
»	»	15	*Testem vestrae in Nos.* - Ad Andream card. Ferrari, archiepiscopum Mediolanensem, occasione annui episcoporum Mediolanensis provinciae conventus .	458
»	»	17	*Officiosissimis litteris.* - Ad Helvetiae episcopos occasione annui conventus	434
»	»	30	*Haerent animo.* - Ad Ioannem card. Csernoch, archiepiscopum Strigoniensem, ob litteras obsequii plenas B. P. exhibitas	459
»	»	31	*Te veluti.* - Ad Ioachim card. Arcoverde de Albuquerque Cavalcanti, archiep. S. Sebastiani Fluminis Ianuarii, vicesimum quintum episcopatus annum feliciter explentem	»
»	Sept.	6	*Fuldae, sicut vobis.* - Ad Felicem card. De Hartmann, archiep. Coloniensem, et ad episcopos qui Fuldam convenerunt occasione annui conventus	460
»	»	12	*Non solum.* - Ad dilectos filios praesidem ac sodales coetus sollemnibus in Canada apparandis tertio exeunte saeculo ab accepta catholica Fide . . .	461
»	»	17	*Tuae sane.* - Ad Raphaëlem Mariam Carrasquilla, antistitem urbanum, moderatorem Collegii Maioris Bogotensis in Columbia a Rosario nuncupati, ex-	

Anno	Mense	Die		Pag.
			eunte anno vicesimoquinto a suscepto collegii eiusdem regimine	473
1915	Oct.	1	*Nihil Nobis.* - Ad Iulium card. Boschi, archiep. Ferrariensem, aliosque episcopos regionis Flaminiae: eorum litteris, occasione annui conventus ad ipsum datis, rescribit	474
»	»	5	*Plane videmus.* - Ad R. P. D. Adulphum episcopum Vratislaviensem, ut eidem gratuletur sollertiam in regenda dioecesi	475
»	»	17	*Laeta, tristia.* - Ad Augustinum card. Richelmy, archiepiscopum Taurinensem, et ad episcopos Pedemontis, ut eisdem gratuletur annuum conventum feliciter celebratum	567
»	»	20	*Feretrana Synodo.* - Ad R. P. D. Raphaëlem Santi, episcopum Feretranum, cui gratulatur de dioecesana Synodo feliciter absoluta	568
»	Nov.	10	*Communis vestra.* - Ad RR. PP. DD. Ludovicum Gavotti, archiep. Genuensem, ceterosque Liguriae episcopos, ob litteras B. P. exhibitas occasione annui conventus	569
»	»	25	*Perspecta iam diu.* - Ad R. P. D. Iosephum Torras y Bages, Vicensium episcopum, de libello « El internacionalismo papal » gratulatur	589
»	»	30	*Libenter abs te.* - Ad Ioannem Baptistam Menghini, caeremoniarum pontificalium magistrum: gratulationes ob volumina de rebus liturgicis B. P. oblata	569
»	Dec.	4	*Epistola tua.* - Ad R. D. E. Villette, moderatorem archisodalitatis ab Agonia D. N. I. C. ad Gethsemani nuncupatae, de litteris venerationis et obsequii plenis gratias persolvens	590
»	»	9	*Communis vestra.* - Ad R. P. D. Hieronymum Thomé da Silva, archiepiscopum S. Salvatoris in Brasilia, ceterosque episcopos de officiosissimis litteris gratias agens	591
»	»	10	*Communem vestram.* - Ad RR. PP. DD. Archiepiscopos et Episcopos Galliciae, de communi obsequentissima epistola grates persolvit.	591
»	»	11	*Affari vos.* - Ad R. P. D. Rinaldum C. Rousset, Rheginensium archiepiscopum, ceterosque Calabriae archiepiscopos atque episcopos, annui coetus gratia simul congregatos	592
»	»	12	*Et horrida.* - Ad Ioannem card. Csernoch, archiepiscopum Strigoniensem, ceterosque Hungariae archiepiscopos atque episcopos, de communibus litteris obsequii plenis gratias agit	593

Anno	Mense	Die		Pag.
			VIII. - Allocutiones.	
1915	Ian.	22	*Convocare vos.* - Habita in Consistorio	33
	Dec.	6	*Nostis profecto.* - Habita in Consistorio	509
			IX. - Sermo.	
1915	Febr.	15	*Il predicare.* - Ad concionatores quadragesimales et ad parochos almae Urbis	92
			II. - ACTA SACRARUM CONGREGATIONUM	
			I. - S. Congregatio S. Officii.	
1915	Apr.	3	Litterae ad Em̃um et Rm̃um Dn̄um card. Archiep. Parisiensem super cultu sacratissimi Cordis Iesu eucharistici	205
»	Dec.	21	Decretum circa vulgo dictum « *Secret de la Salette* ».	594
			Sectio de Indulgentiis.	
1915	Ian.	21	Decretum. Oratio pro pace a Ssm̃o D. N. proposita indulgentia ccc dierum ditatur	65
»	»	28	Decretum. Tribuitur altaris privilegium pro Missis celebratis in suffragium eorum qui, praesenti bello perempti, in Purgatorio detinentur	66
»	Febr.	4	Decretum. Derogatur a quadam clausula in favorem sacerdotum pia obiecta benedicentium tempore belli	»
»	Apr.	15	Decretum. Augetur et extenditur indulgentia pro quadam laude Ssm̃i Sacramenti	207
»	Maii	6	Decretum. Pium exercitium xv feriis tertiis ante festum S. Dominici Conf. peragendum plenaria indulgentia ditatur	232
»	»	»	Decretum. Conceditur indulgentia ccc dierum recitantibus pias preces in honorem V vulnerum D. N. I. C.	233
»	Iun.	10	Decretum. Solvuntur quaedam dubia circa facultates et privilegia secretariorum piorum Operum Propagationis Fidei, S. Francisci Salesii et S. Infantiae	409
»	»	»	Decretum. Solvuntur quaedam dubia circa indulgentias Apostolatui orationis adnexas	»
»	»	17	Decretum quo confirmatur decretum S. C. Indulgentiarum diei 12 martii 1855 circa privilegii altaris applicationem	410
»	Iul.	8	Decretum. Amplificatur indulgentia cuidam preci iaculatoriae adnexa, ita ut toties quoties acquiri possit.	411

Anno	Mense	Die		Pag.
1915	Aug.	5	Decretum. Conceditur facultas sacerdotibus operam suam militibus impendentibus, benedicendi numismata S. Benedicti	435
»	»	»	Decretum. Conceduntur indulgentiae recitantibus orationes quasdam pro pace	436
»	Oct.	1	Decretum. Invocatio ad B. V. a Ssmo Rosario indulgentia c dierum ditatur	462
»	Nov.	11	Conceditur facultas applicandi crucifixis indulgentias Viae Crucis in favorem militum, durante bello. .	496
»	»	25	Decretum. Pium exercitium xv feriarum in honorem S. Dominici Conf. quocumque anni tempore peragi potest.	570
			II. - S. Congregatio Consistorialis.	
1911	Apr.	6	Regimen paroeciarum abbatiae S. Benedicti Veteris committitur episcopo Eugubino	173
1914	Dec.	12	Decretum de ordinaria iurisdictione in oppido Polla ordinanda	326
1915	Ian.	15	Decretum de vetitis nobilitatis familiaris titulis et signis in episcoporum inscriptionibus et armis. .	172
»	»	22	Consistorium secretum.	38
»	»	31	Notificatio circa Missionarios operis « De adsistentia operariorum Italicorum ad exteras Europae regiones migrantium »	95
»	Febr.	22	Ad Rmos Americae Ordinarios, de emigrantium Italorum cura.	145
»	Apr.	24	Declaratio ad Consistoriale decretum diei 25 ianuarii 1911	208
»	»	27	Erectio abbatiae mitratae.	262
»	Maii	26	Erectio novae Praefecturae Apostolicae	288
»	Iun.	1	Decretum de Ordinario castrensi in Italia durante bello	287
»	»	28	Statuum Foederatorum Americae Septentrionalis. De amotione parochorum	378
»	Iul.	5	Dubium de competentia circa facultatem concedendi religiosis paroecias saeculares.	327
»	»	14	Decretum excommunicationis nominalis in sacerdotem Richardum O' Halloran, in archidioecesi Westmonasteriensi degentem	437
			III. - S. Congregatio de disciplina Sacramentorum.	
1914	Dec.	18	Praesumptae mortis coniugis	40
1915	Febr.	11	Decretum de Sacra Communione et de celebratione Missae in castris.	97
»	Mart.	22	Meliten. Dubiorum circa Ordinariorum facultatem permittendi celebrationem Missae per modum actus.	147
»	Apr.	29	Praesumptae mortis coniugis	235

Anno	Mense	Die		Pag.
1915	Maii	28	Sacrae Ordinationis.	411
»	Iun.	22	Facultas adservandi Ss. Eucharistiam in stativis castrorum valetudinariis ac in bellicis navibus . .	329
»	»	25	Praesumptae mortis coniugis.	476
			IV. - S. Congregatio Concilii.	
1913	Febr.	8	Redituum mensae, Sede vacante	45
»	Maii	24	Eugubina. Administrationis	173
1914	Apr.	25	Jacien. Iubilationis	382
»	Iul.	11	Fanen. Iuris optionis	98
»	Dec.	12	Fossanen. Mediae annatae	67
»	»	16	Papien. Circa missam pro populo	26
1915	Ian.	16	Calatayeronen. Concursus paroecialis	416
»	»	18	Fanen. Mediae annatae.	209
»	Febr.	22	Gerunden. Distributionum choralium	262
»	Iul.	7	Vercellen. Iuris funerandi	388
»	Oct.	15	Dubia circa trium missarum celebrationem in die solemnis commemorationis omnium fidelium defunctorum.	479
			V. - S. Congregatio de Religiosis.	
1914	Aug.	18	Dioecesis seu Ordinis N. Obligationis	104
1915	Mart.	1	Dubia circa interruptionem studiorum	123
»	Aug.	3	Vicentina. Circa ius Visitationis	439
			VI. - S. Congregatio de Propaganda Fide.	
1914	Dec.	12	Decretum. Declarantur fines vicariatuum apostolicorum Mongoliae orientalis et meridionalis	113
1915	Ian.	15	Decretum. Immutatur titulus vicariatuum apostolicorum de Victoria Nyanza	47
»	Febr.	12	Decretum. Erigitur Praefectura Apostolica « de Sapporo » in Iaponia	114
»	Mart.	9	Decretum. Erigitur Praefectura Apostolica Zambesiana in Rhodesia anglica	148
»	»	10	Decretum. Limites Praefecturae Apostolicae Senegalensis ad septentrionem proferuntur.	»
»	Iun.	21	Decretum de limitibus inter Vicariatus Apostolicos Ton-Kin meridionalis et Ton-Kin maritimi in montana regione Châu-Lào	330
»	»	30	Decretum. Confirmatur electio Abbatis Novae Nursiae in Australia	331
»	Iul.	15	Decretum. Societas pro Missionibus exteris apud Maryknoll in Foederatis Americae septentrionalis Statibus instituta, laudatur, eiusque Constitutiones ad decennium probantur	421
»	Aug.	18	Decretum. Immutatio nominis vicariatus apostolici .	440

Anno	Mense	Die		Pag.
			VII. - S. Congregatio Indicis.	
1915	Apr.	12	Decretum quo quaedam prohibentur opera	180
			VIII. - S. Congregatio Rituum.	
1914	Dec.	15	Molinen. Decretum beatificationis et canonizationis Servae Dei Ludovicae Teresiae de Montaignac de Chauvance, fundatricis Piae Unionis Oblatarum a Sacro Corde Iesu.	49
»	»	23	De collecta pro re gravi imperata.	27
»	»	»	Romana. - Declarationis et extensionis insignium. .	48
1915	Ian.	30	Romana. Dubia	71
»	Febr.	12	Dublinen. Decretum beatificationis seu declarationis martyrii Servorum Dei Dermitii O' Hurley, archiepiscopi Casseliensis, Cornelii O' Devany, Ordinis S. Francisci, episcopi Dunensis et Connorensis, Terentii Alberti O' Brien, Ord. Praedicatorum, episcopi Imolacensis, et Sociorum.	125
»	Mart.	20	Verapolitana. Dubium	150
»	Apr.	14	Adiacien. seu Nicien. Beatificationis Servi Dei Caroli Dominici Albini, e Congregatione Oblatorum B. V. Maria Immaculatae. Decretum de causa introducenda	214
»	»	15	Decretum. Quaedam missae votivae durante praesenti bello permittuntur.	266
»	Maii	12	Constantinopolitana. Beatificationis martyrii Servi De Der Gomidas Keumurgian seu Cosmae de Carboniano, sacerdotis et parochi armeni	»
»	»	14	Dubium de syllabis hypermetricis quoad cantum . .	237
»	Iun.	9	Identitatis et authenticitatis exuviarum S. Victoris Mauri Mart. et S. Satyri Confessoris.	291
»	Iul.	2	Dubia.	388
»	»	24	Decretum de imaginibus beatorum publicae veneration exposits	389
»	Aug.	11	Urbis et Orbis. Decretum de tribus Missis in die sollemnis Commemorationis omnium fidelium defunctorum celebrandis	422
»	»	»	Romana. De octava festi Ss. Apostolorum Petri et Pauli.	441
»	Oct.	10	Mediolanen. De tribus missis legendis in die Commemorationis omnium fidelium defunctorum a sacerdotibus ritus ambrosiani	497
»	Nov.	24	Decretum circa preces in fine missae recitandas . .	526
			APPENDIX.	
1912	Febr.	3	De suffragiis pro defunctis in bello Tripolitano. . .	390

Anno	Mense	Die		Pag.
			IX. - S. Congregatio pro negotiis ecclesiasticis extraordinariis.	
1915	Maii	4	De facultatibus capellanis militum Belgarum . . .	268
»	Aug.	27	De vicario castrensi apud Belgarum exercitum . . .	463
»	Nov.	16	De invocatione « Regina pacis, ora pro nobis » in Litaniis Lauretanis postremo loco addenda	498
			X. - S. Congregatio Studiorum.	
1915	Mart.	12	Academiae Romanae S. Thomae Aquinatis Statuta, iussu SSmi D. N. Benedicti Pp. XV retractata ex Motu proprio « Non multo post » diei 31 decembris 1914	128
			III. - TRIBUNALIA	
			I. - Sacra Poenitentiaria Apostolica.	
1915	Febr.	6	Declaratio de absolutione impertienda militibus ad praelium vocatis	72
»	Mart.	11	De sacerdotibus non capellanis ad exercitum pertinentibus, quoad facultatem excipiendi confessiones fidelium durante bello	130
»	Maii	25	Decretum circa facultates sacerdotum ad exercitum italicum pertinentium tempore belli.	281
»	»	29	Dubium de militibus in statu bellicae convocationis.	282
»	Dec.	4	Declaratio circa facultates concessas die 18 dec. 1914 et die 11 martii huius anni.	526
			appendix.	
1888	Mart.	13	De cantu hymni « Te Deum » tempore belli. . . .	390
			II. - Sacra Romana Rota.	
1914	Iul.	27	Nucerina Paganorum. Iurium	181
»	Aug.	5	Londonen. Dismembrationis	73
»	»	19	Vicariatus Apostolici Sueciae. Nullitatis matrimonii (Hoogland-Waern)	51
»	Dec.	30	Melevitana. Nullitatis matrimonii (Galla-Mullen). Citatio edictalis.	28
1915	Ian.	14	Causae actae sub secreto.	57
»	»	22	Beneventana. Praecedentiae	151
»	Febr.	1	Florentina. Nullitatis matrimonii (Marchiò-Bini). Citatio edictalis.	83

Anno	Mense	Die		Pag.
1915	Febr.	1	Corduben. in America. Iurium	131
»	»	8	Neo-Eboracen. Nullitatis matrimonii (Boni de Castellane-Gould).	292
»	»	13	Limburgen. Contumaciae	216
»	»	26	Florentina. Iurium in sepulcris	269
»	Mart.	5	Luganen. Iurium.	238
»	»	15	Nicien. Nullitatis matrimonii (Massier-Gauthier) . .	349
»	»	16	Taurinen. Iurispatronatus	391
»	»	29	Vicentina. Exemptionis et Funerum.	332
»	Apr.	8	Mediolanen. Nullitatis matrimonii (Ambrosini-Spinella et Garibaldi)	424
»	»	17	Parisien. Nullitatis matrimonii (Goguel-Gravier) . .	442
»	»	20	Medioburgen. Crediti	527
»	Maii	9	Mileten. Iurium.	465
»	»	15	Buscoducen. Nullitatis matrimonii (Jurgens-De Hoog).	572
»	Iul.	6	Policastren. Crediti	499
»	»	15	Salutiarum. Iurium.	481
			III. - Signatura Apostolica.	
1915	Maii	20	Sancti Miniati. Nullitatis matrimonii seu restitutionis in integrum	355
			IV. - OFFICIA	
			Secretaria Status.	
1915	Mart.	15	Decretum. Preces pro pace a Ssmo D. N. praescriptae, iterari permittuntur die xxi martii	138
»	Apr.	9	Decretum de oratione pro pace singulis diebus in supplicationibus mensis marialis recitanda, et de indulgentia tum partiali tum plenaria huiusmodi recitationi adsistentibus concessa.	193
			Epistolae.	
1915	Febr.	8	Ad Iacobum card. Gibbons, archiepiscopum Baltimorensem, ad Ioannem M. card. Farley, archiepiscopum Neo-Eboracensem, ad Gulielmum card. O'Connel, archiepiscopum Bostoniensem, et ad Ludovicum N. card. Bégin, archiepiscopum Quebecensem, de tuendo ac promovendo Opere a sancta Iesu infantia nuncupata	85
»	»	25	Ad illustrem virum comitem Iosephum Dalla Torre, praesidem Unionis popularis inter catholicos italos.	138

Anno	Mense	Die		Pag.
1915	Mart.	16	Ad R. P. D. Evermundum van den Berg, abbatem Bernensem in Heeswijk, XXV recurrente anno ab institutione archiconfraternitatis a sancta Missa reparatrice in ecclesia abbatiali	192
»	»	30	Ad Petrum card. Maffi, archiepiscopum Pisarum, de creatione operis vulgo « Opera nazionale per la Buona Stampa », cuius etiam Statuta adiunguntur.	246
»	Apr.	23	Ad Leonem A. card. Amette, Parisiensium archiepiscopum, de peculiari Sanctitatis Suae benevolentia in Galliae catholicos, ac de pontificia 40.000 libellarum oblatione pro gallicis regionibus bello vastatis	249
»	»	29	Ad R. P. D. Carolum Iosephum Schulte, episcopum Paderbornensem, de opere captivis opitulandis ab eo ceterisque episcopis Germaniae instituto . . .	224
»	Maii	8	Ad excellentissimum virum F. Schollaert, a negotiis publicis, de Bibliotheca Lycei Magni Lovaniensis instauranda	358
»	Aug.	13	Ad perillustrem virum comitem Stanislaum Medolago-Albani, Praesidem Unionis oeconomico-socialis pro catholicis Italiae, de immediata Sanctae Sedi subiectione Scholae oeconomico-socialis Bergomensis.	453

V. - COMMISSIO PONTIFICIA DE RE BIBLICA

1915	Iun.	18	De Parousia seu de secundo adventu Domini Nostri Iesu Christi in epistolis sancti Pauli Apostoli . .	357

III

INDEX ANALYTICUS RERUM NOTABILIUM

A

Abbatia mitrata erigitur in paroeciali ecclesia oppidi Montichiari, 262.

— *S. Benedicti Veteris*, v. *Benedicti*.

Absentia a choro alicuius canonici qui functionem aliquam parochialem exerceat, non notatur si munus parochiale canonicorum collegio incumbit, 488.

Absolutio militum generali formula, v. *Milites*.

Academia romana S. Thomae, a Leone XIII per epistolam « Iampridem » ad cardinalem De Luca fundata, die 15 octobris a. 1879, ad veram christianam philosophiam colendam, 5. Reditibus instructa, privilegiis ornata, 6. Litteris Apostolicis *Quod iam inde* die 9 maii 1895 eius statuta probantur, 6. Pius X eam laudat per apostolicas litteras *In praecipuis laudibus* die 23 ianuarii 1904, omniaque a Leone XIII tributa confirmat. Eandem B. P. favore prosequitur ac novas edit praescriptiones de studiis, etc., 7. Illi praeficit tres S. R. E. Cardinales quorum primus semper Praefectus S. C. Studiorum pro tempore erit. Praemia ex reditibus distribuenda erunt, 7. Eiusdem statuta iussu B. P. retractata, 128; eius finis, praefectus, a secretis, magistri, sodales, alumni, privilegia, 128; semel in hebdomada dentur lectiones, item in altero anno disputationes alumnorum habendae, 129; textus S. Thomae adhibeatur pro theologica disciplina, 129; conditiones ad lauream in philosophia assequendam, 129; quid a sodalibus requiratur, 129; periculorum leges, 129; de certamine doctrinae ad praemium obtinendum, 129; de praemiis magistris ac alumnis impertiendis, 129.

« *Ad audientiam* », Const. Alexandri III, 74.

Agonia (*archisodalitas ab*) *D. N. I. C.*, v. *Villette*.

Albini Carolus Dominicus, e Congregatione Oblatorum B. V. Mariae Immaculatae, natus in urbe Mentone, principatus Modoecensis, 26 nov. 1790, piissime pueritiam ducit, 214; educatur in Seminario maiori Cimiez, dioecesis Niciensis, 215; sacerdotio auctus a. 1815 et variis ministerii laboribus deditus, 215. Ingressus societatem Oblatorum anno 1824, Aquis Sextiis post paucos menses ex apostolico indulto vota emittit, 215. Praedicationibus incumbit, Maniliam mittitur ubi valde prodest clero, monialibus a S. Carolo et operi *ab italis* nuncupato, 215; in insulam Corsicam missus a. 1835 praepositus domui Vicensi, missionibus plurimum adlaboravit, 215; morbo correptus, sacramentis a R. P. Guibert sodali suo, postea S. R. E. Cardinali, susceptis, pie obiit 21 maii 1839, 215. De eius sanctitate processus instituti in dioecesibus Adiacensi et Niciensi et Romam transmissi, 215. Instante R. P. Lemius, causae postulatore, et attentis episcoporum precibus, facta relatione a card. Benedicto Lorenzelli, causa beatificationis et canonizationis introducitur die 14 aprilis 1915, 215 sq.

Alphonsus XIII, Hispaniarum rex, Litteras Apostolicas accipit qua renovantur ad duodecim annos privilegia Bullae Cruciatae pro locis Hispanicae ditioni subiectis, v. *Cruciatae*.

Altare privilegiatum: ad hoc ut istius privilegio uti possit sacerdos celebrans, non est illi necessario exprimenda intentio lucrandi pro defuncto indulgentiam plenariam, 410.

— conceditur pro missis celebratis in suffragium eorum qui, bello perempti, in purgatorio detinentur, 66.
Amentes: incapacitas eorum relate ad matrimonium, 573 sqq.
« *American (the) Press* », v. *Tierney.*
Amette S. R. E. card. Leo, archiepiscopus Parisiensis, epistolam accipit de peculiari B. P. benevolentia in Galliae catholicos ac de pontificia 40.000 libellarum oblatione pro gallicis regionibus bello vastatis, 249.
Anniversarii electionis et consecrationis Episcopi commemoratio non prohibetur in Missis lectis diebus infra octavas privilegiatas ritus semiduplicis, 388 sq.
« *Annum sacrum* »: Litt. enc. Leonis XIII de universo genere humano Cordi Iesu Sacratissimo devovendo memorantur, v. *Crawley* et *Familiae.*
Apollinaris (S.) ecclesia, v. *Trinitatis.*
Apostolatus orationis: qui isti operi ascribuntur ipsa die inscriptionis, et non alia, indulgentiam lucrari possunt, 409; item adscripti intentionem matutinam quotidianam peragendam formula vocali exprimere debent, 409.
Appellatio a relatione examinatorum in concursu paroeciali instituta est directe non ad consequendam paroeciam, sed ad consulendum famae recurrentis, 420.
Aragonia, v. *Hispania.*
Araucensis, nova Praefectura Apostolica erigitur in Columbiana Republica, 288.
Archiconfraternitas a Missa Reparatrice, v. *Van den Berg.*
Architecti locati labores ad speciem pertinent locationis operarum, 530.
Arcoverde de Albuquerque Cavalcanti S. R. E. card. Ioachim, archiepiscopus S. Sebastiani Fluminis Ianuarii, una cum caeteris Brasiliae meridionalis archiepiscopis et episcopis, epistolam accipit qua B. P. gratulatur de summa animorum consensione qua dioecesum bono consulunt, 405.
— epistolam accipit gratulatoriam ob expletum vicesimum quintum episcopatus annum, 459.
Argentinae nationis in Urbe aedes paratur opera episcopatus, 406, v. *Espinosa.*
Arma episcoporum, v. *Tituli.*
Auditor Sanctissimi, v. *Signatura.*
Augustini (S.) Ordinis martyres, 127.
Australiae archiepiscopi et episcopi epistolam accipiunt qua B. P. gratiam agit de aedibus Delegato Apostolico acquisitis et instructis, 257.
Avancini Damianus, decreto Indicis quo suum opus damnatum est, se subiicit, 180.

B

Bavariae episcopi, v. *De Bettinger.*
Beatificationis et canonizationis decretum servae Dei Ludovicae de Montaignac de Chauvance, fundatricis Piae Unionis Oblatarum a S. Corde Iesu, 49.
— servorum Dei Dermitii O'Hurley, archiepiscopi Casseliensis, Cornelii O'Devany, O. M., episcopi Dunensis et Connorensis, Terentii Alberti O'Brien, O. P., episcopi Imolacensis, et Sociorum, 125.
— servi Dei Caroli Dominici Albini, e Congr. Oblatorum B. V. Mariae Immaculatae, 214.
— servi Dei Der Gomidas Keumurgian seu Cosmae de Carboniano, sac. et parochi armeni, 266.
Bégin S. R. E. card. Ludovicus, Quebecensium archiepiscopus, epistolam accipit qua B. P. de eius episcopali iubilaeo gratulatur, 256.
Belgica gens: quam B. P. dilecta, 34.
Belgici Capellani militum gaudent durante bello omnibus facultatibus quae conceduntur per breve *Quae catholico nomine* Pii Pp. IX, 6 iulii 1875, et iis quae concessae sunt a Pio Pp. X capellanis exercitus gallici; item facultate benedicendi coronas, rosaria, crucifixi effigies, etc., iisque applicandi indulgentias iuxta elenchum S. Officii 5 sept. 1914; itemque adnectendi coronis indulg. S. Birgittae, 268 sq.
— *exercitus* capellanus maior constituitur, eiusque iura et officia describuntur, 463 sq.
Bellino R. D. Ioseph, epistolam accipit gratias referentem de exemplari operis « Gesù Cristo nelle SS. Scritture e nei SS. Padri e Dottori » B. P. reverenter exhibito, 171.
Bello perempti, v. *Altare.*
Bellum reprobatur in Allocutione consistoriali a B. P. habita die 22 ianuarii, 33; in eo vero Sedes Apostolica nullius partis esse debet, de omnium hominum salute sollicita, 34; ne humanitas in pugnando violetur, 34; ne in regionibus occupatis quae civibus sancta et carissima sunt offendantur, 35; insistendum precibus

ad Deum ut finis bello tandem imponatur, 35. Duae a B. P. indictae supplicationes memorantur, 35; auxilium B. Virginis invocatur, 36. - Facultates a S. Poenitentiaria concessae pro sacramentali confessione in regione bellica quomodo et quando adhibendae, 526.

Benedicti (S.) Numisma benedicere poterunt sacerdotes operam suam militibus impendentes, 435.

Benedicti (S.) Veteris Abbatiae paroeciarum regimen committitur episcopo Eugubino, 173.

Benedictio domorum prohiberi potest diebus Sabbatum Sanctum proxime praecedentibus, imo et in Quadragesima, ne confusio oriatur apud fideles existimantes illam esse paschalem benedictionem, 388 sq.

Benedictus (S.), Monachorum in Occidente Patriarcha, v. *Sublacensis.*

Beneficium: eius fructus quomodo impendendi: praeclara verba card. De Luca, 46 sq.

— *suprannumerarium* sine praebenda, ante Tridentinum constitutum erat de iure, 384. Hoc beneficium (canonicatus, etc.) etiam nunc episcopi conferre solent, quin tamen ius dent ad futuram vacantem praebendam, 384.

Bergomensis Schola oeconomico-socialis, v. *Medolago-Albani.*

Berico (Sanctuarium de monte) prope Vicentiam, curae concreditum PP. Servitarum, exemptione gaudet a visitatione episcopi, 439.

« *Biblioteca mistica Carmelitana* », v. *Silverius.*

Bisarchiensis dioecesis et episcopi titulus immutatur in novum ex nomine urbis Octerii, 121 sq.

Boëtii doctrina explananda in Academia romana S. Thomae, 129.

Bogotense collegium maius a Rosario, v. *Carrasquilla.*

Bona ecclesiae ad ecclesiam pertinent, administratio vero ad rectores, 132; in cathedrali episcopus administrat simul cum capitulo, 132.

Bonum Sacramenti in matrimonio: voluntas contra illud invalidat matrimonium, 452, nec ab Ecclesia hoc impedimentum dispensari potest, 452. Haec vero voluntas in matrimonio praesumi non potest, sed certo probari debet, 452.

Boschi S. R. E. card. Iulius, archiepiscopus Ferrariensis, una cum aliis episcopis regionis Flaminiae, epistolam accipit occasione annui conventus, 474.

Bosco ven. Ioannes, fundator Congregationis Salesianae: eius causa beatificationis in Consistorio publico 9 dec. 1915 defenditur, 518.

Brasilia, v. *Thomé.*

C

Cagiano de Azevedo S. R. E. card. Octavius, Cancellarius S. R. E. renuntiatur et titulus presbyteralis S. Laurentii in Damaso ei assignatur, 514.

Cagliero Ioannes, archiep. tit. Sebastiensis, S. R. E. card. creatur, 513.

Calabria, v. *Rousset.*

Camera Apostolica: illi quidam fructus reservantur, 46.

Canadà, v. *Dismembrationis, Paroeciae,* « *Romanos Pontifices* ».

Canadensis praeses et sodales coetus sollemnibus apparandis, tertio exeunte saeculo ab accepta ibi catholica fide, epistolam accipiunt gratulationis ac exhortationis ergo, 461.

Cancellarius S. R. E. renuntiatur Emus card. Octavius Cagiano de Azevedo, 514.

Canonia potest optime concipi sine praebenda actuali vel futura, cum sit *officium* canonicale, et ius ad praebendam pertinet ad *beneficium,* 384.

Canonici antiquae et recentioris fundationis, de eorum iuribus particularibus, 238.

— *coadiutores:* eorum servitium valet ad complendum quadragenarium pro iubilatione, 387, v. *Beneficium, Iubilatio.*

— *honorarii:* eorum iura et privilegia et onera, 386, v. *Iubilatio.*

— *suprannumerarii* ab episcopo creari possunt certis sub conditionibus, 385, v. *Beneficium;* eorum iura in comparatione cum praebendariis, 386. Sunt veri canonici, praecedunt honorarios cum quibus confundendi non sunt, 386; tenentur onere servitii, et tempus huius servitii potest iungi ad quadragenarium complendum, v. *Iubilatio.*

Cantus sacer in choro semper praescriptionibus liturgicis moderandus, et talis debet esse qualis Dei maiestas, honor

Virginis, pietas christiani populi requirunt, 319, v. *Hypermetricae syllabae, Liberianae.*

Capellani militares legere possunt durante bello missas votivas in dominicis et octavis de SSma Trinitate, 265; in festis duplicibus I et II classis *de Sancta Maria* a Pentecoste ad Adventum; reliquis diebus vel de Beata M. V., vel missam *tempore belli,* vel de Requie, 266, v. *Absolutio, Belgici, Bellum, Viae Crucis.*

Capitula cathedralis et collegiatae quoad bona ecclesiastica, 132 sqq.

Capituli ius administrandi bona temporalia ipsius propria, 174; sub vigilantia vero episcopi, 174 sqq.

Capitulum ecclesiae collegiatae parochialis habet regulariter curam animarum habitualem, vicarius autem habet actualem, 482 sqp.

Cardinales episcopi suburbicarii, v. *Suburbicariae Sedes.*

Carrasquilla Raphaël Maria, antistes urbanus, moderator Collegii maioris Bogotensis in Columbia a Rosario nuncupati, epistolam accipit gratulatoriam, exeunte anno vicesimoquinto a suscepto Collegii eiusdem regimine, 473.

Casanarensis Vicariatus Apostolicus in Columbiana Republica coarctatur, et ex eius parte septentrionali nova erigitur Praefectura Apostolica Araucensis, 288.

Cassetta S. R. E. card. Franciscus a Paula, episcopus Tusculanus, gratulationes a B. P. recipit ob annum quinquagesimum sacerdotii feliciter plenum, 286.

Castrensis Ordinarius in Italia durante bello creatur R. P. D. Angelus Bortolomasi, episcopus Derbensis et Emi Archiepiscopi Taurinensis Auxiliaris, 287; illum omnes clerici et sacerdotes militiae addicti ceu proprium Ordinarium habebunt; illique in exercitio munerum sacerdotalium parebunt, et facultatibus a S. Apostolica tributis dependenter ab eo utentur; ab Ilo consilia circa ministerium sacrum recipient, 287; ad suum munus exercendum facultates illi tribuit S. Sedes, 287; ipsius erit, initis consiliis cum auctoritate militari et auditis Ordinariis, sacerdotes milites approbare vel amovere vel interdicere, 287 sq.; unum aut plures vicarios seu Delegatos nominare poterit cum facultatibus necessariis, 288.

Cathedrales et *Metropolitanae* Ecclesiae non subiiciuntur Decretis S. C. Rituum de Kalendario Regularium servando ubi regulares apud illas ecclesias morentur, sed illae sequi debent Kalendarium dioecesanum ab Apostolica Sede approbatum, 150.

Cathedralis titulus honoris causa attributio, v. *Gualdo Tadino.*

« *Catholic Church Extension Society* » praeses laudatur ob charitatem erga miseros mexicanos, 169.

« *Catholicae fidei* », Constitutio Pii VII, 46.

Cautio, iuris remedium ad vitandam sequestrationem, 270, v. *Sequestratio.*

Châu-Lào, v. *Ton-kin.*

Chorus: causae ab eo excusantes praesertim numerantur: infirmitas seu iusta et rationabilis corporis necessitas aut evidens ecclesiae utilitas, 263.

Circumcisionis D. N. I. C. festum, si sit titulare, dubium liturgicum circa tertiam orationem in eius missa, 71.

Cisterciensium Ordinis martyres, 126.

Citationes tres edici debent vel una peremptoria antequam contumax quis declaretur, 218, duae vero sufficiunt in processibus summariis, in causis disciplinaribus et criminalibus clericorum, 218.

Collecta pro re gravi imperata ab episcopo quando dicenda vel omittenda, 27.

Collegiata ecclesia, v. *Capitulum.*

Collegium Pium Latinum Americanum, v. *Grannan.*

Columbiani Equites, v. *Washingtoniae.*

« *Commendatam nobis* », Const. Benedicti Pp. XIV, v. *Sublacensis.*

Communionis administrandae ordo liturgicus, 71 sq.: praeferuntur ministri altaris, secundum altiorem ordinem in quo constituti sunt, 72; vel personae in superiori dignitate liturgice constitutae, uti reges et sponsi in missa pro benedicendis nuptiis, 72.

Communitates religiosae quoad bonorum dominium, 514; quoad debita contracta, 515 sq.

Concursus paroecialis quando erit nullus si defuit citatio personalis, 417 sqq.: consuetudo vero contraria excusat: non omnes praesumptiones circa concursus habent *vim irritandi,* sicut quae in Constitutione « Cum illud » Benedicti XIV, 418.

— Avvisi di concorso, 141, 225, 397.

Conditiones: quaenam in matrimonio celebrando positae illud invalidum reddunt, 294 sqq., v. ***Matrimonium.***

Confraternitates laicales et ecclesiasticae, 191.

Confraternitatis fratres et capellani sese immiscere non possunt ecclesiae functionibus, invito parocho, 188, salvis consuetudinibus immemorabilibus, 188.

Congrua eiusque supplementum a parochis licite percipiuntur, et sunt inter bona beneficii vera et certa habenda, 212 sq., v. ***Media annata.***

Coniugis mors praesumpta. Quaestiones variae resolutae a S. Congregatione de Sacramentis, 40 sqq. Argumenta ad demonstrandam mortis certitudinem aut probabilitatem, 41 sqq. Obiectio desumpta ex omissione inscriptionis in libro defunctorum, 44.

Consensus in matrimonio non adest ubi metus vel coactio, 349 sq.

Consistorium (Sacrum) diei 22 ianuarii 1915, 38 sqq.; diei 6 decembris eiusdem anni, 509 sqq.; diei 9 decembris, 518 sqq.

Consuetudo legitima et rationabilis quamcumque legem humanam abrogare potest, 486; centenaria autem omnia iura praescribit, 486.

Contractus societatis circa lucrum et damnum, 275, 277.

Contumacia habetur cum reus, legitime et peremptorie citatus, nulla iusta causa comparere renuat, 217; declaratur cum constet de citatione tempore utili ad reum perventa et de illius non allata vel de falsa allata excusatione, 217; declaratur in processu poenali vel ex officio a iudice vel ad instantiam promotoris iustitiae, 217; qua declarata, procedi potest ad sententiam definitivam, 217; si de illa in iudicio agatur, supponenda est semper vera, cum dolo commissa, etc., 217.

Contumax post latam sententiam petere potest restitutionem in integrum si probaverit iustum morae impedimentum, 217; ut talis quis declaretur, debet legitime et peremptorie citari, 217 sq.; - damnatur poena litis damni, 468, v. ***Contumacia.***

Cordubensis (in America) maioris ecclesiae Capituli causa adversus episcopum de iure administrandi bona ecclesiae, 131 sqq.

Cor Iesu sacratissimum: illi familiae catholicorum devovendae, 203 sqq.; Eius beneficia promissa illis qui Eius imaginem domibus expositam habeant, 204; de vera erga illud devotione, 204.

— ***Eucharisticum:*** circa hunc titulum firma maneant Decreta S. Sedis, 205; devotio ipsa approbata censeatur sensu contento in ultima collectione indulgentiarum a. 1898 edita, 206; quae interpretatio firmatur lectionibus Breviarii romani in fes o SS. Cordis Iesu, 206, et s. Liturgia quae festum SS. Sacramenti arctissime coniungit cum festo SS. Cordis Iesu, 206. Unde cultus SS. Cordis Iesu eucharistici non est perfectior cultu erga ipsam Eucharistiam, 206; ne autem simplicium animae decipiantur novitatis amore, emblemata, imagines, tituli ac festivitates liturgicae speciales vetitae sunt, 206.

Coronationis anniversarius dies B. P. Benedicti XV celebrabitur die 22 decembris qui est anniversarius Eius episcopalis consecrationis, 431.

Cratensis dioecesis eximitur a iure metropolitico ecclesiae Olindensis et subiicitur novae Metropolitanae ecclesiae Fortalexiensi, 571.

Crawley Boevey Matthaeus, sacerdos Congregationis SS. Cordium Iesu et Mariae, epistolam accipit de singulis catholicorum familiis Sanctissimo Cordi Iesu consecrandis, 203.

Cruciatae Bulla ad decem annos renovatur pro locis Lusitaniae Litteris Apostolicis ad card. Antonium Bello, 549. Pius Pp. X Bullam renovandam cogitavit quo melius hodiernis vitae moribus responderet, sed et B. P. opus perfecit, 550. Privilegia omnia renovantur et recensentur indulta Nationi Lusitanae concessa, 550. Conditiones et leges generales ad validitatem indultorum; Summaria a fidelibus sumenda; taxa pro Seminariis et pauperibus ecclesiis, 550. Executor indultorum est Card. Patriarcha Lisbonensis, qui potest subdelegare facultates Ordinariis, 551. Indultum quoad indulgentias, 551; quoad divina officia et sepulturam, 551 sq.; quoad confessionem et votorum commutationem, 552 sq.; quoad dispensationem ab irregularitate et ab impedimento affinitatis et criminis, 553; quoad beneficiorum convalidationes et quoad compositiones, 553 sq.; quoad

legem abstinentiae et ieiunii, 554; conditiones circa usum praecedentis Indulti, 555; Indultum quoad privata Oratoria, 555; executor poterit Summaria conficere prout melius iudicaverit, 555; potestas datur Patriarchae Lisbonensi Bullam vernacula lingua edendi et publicandi in Lusitanae ditionis locis, 556; fideles Summaria accipere debebunt ut Indultis gaudere possint, 556. Derogatur quoad indulgentias Motu Proprio Pii Pp. X super necessitate concessiones indulgentiarum recognoscendi per S. Congregationem S. Officii, 556, 565.

— eadem Bulla renovatur ad duodecim annos pro locis hispanicae ditioni subiectis, 557. Origo huius Bullae in Hispania, 557. Conventione inter Apostolicam Sedem et Hispaniarum Reginam catholicam, die 16 martii 1851, cautum est ut proventus Bullae administrarentur ab Ordinariis, 557; Conventio additionalis diei 25 augusti 1859 de modo proventus eosdem infundendi, 557; pro facultatibus Bullae adnexis Commissarii munere fungitur Archiepiscopus Toletanus, 558 sq.; prorogatio a Leone XIII facta expiravit prima dominica Adventus a. 1914, sed ad annum producta sunt Indulta a Pio X, 24 iunii eiusdem anni, 558; nunc eadem producere et amplificare vult B. P. ad duodecim annos, incipientes a prima dominica Adventus a. 1915, 558; publicatio Indultorum eorumque usus, 558 sq. Indultum quoad indulgentias, 559 sq.; quoad divina officia et sepulturam, 560; quoad confessionem et votorum commutationem, 561; quoad dispensationem ab irregularitate et ab impedimento affinitatis et criminis, 561 sq.; quoad beneficiorum convalidationes et quoad compositiones, 562; quoad legem abstinentiae et ieiunii, cum conditionibus circa hoc Indultum, 563; quoad privata Oratoria, 564; derogatur obligationi submittendi has concessiones S. Congregationi S. Officii, 565.

Crucifixi amor in animis renovandus, 408.

Csernoch S. R. E. card. Ioannes, archiep. Strigoniensis, epistolam accipit ob litteras obsequii plenas B. P. exhibitas, 459.

— una cum caeteris archiepiscopis et episcopis Hungariae, epistolam accipit de communibus litteris obsequii plenis gratias referentem, 593.

Cuet Eugenius, sacerdos, moderator generalis Congregationis SSmi Sacramenti et Consociationis sacerdotum adoratorum, epistolam accipit qua eum B. P. laudat de canadensi sacerdotum adoratorum coetu cogendo, 25.

« *Cunctis Orbis Ecclesiae* », Bulla Iulii Pp. III, 174.

« *Cupientes* », Constitutio Pii IV, 46.

Cura animarum quibusnam spectet in ecclesiis collegiatis parochialibus, 482 sqq., v. *Capitulum.*

Cyrillos Macaire: eius opus « La Constitution divine de l'Eglise » in Indicem refertur, 180.

D

Dalla Torre (cl. vir comes Ioseph), praeses Unionis popularis inter catholicos italos, epistolam accipit ab Emo Cardinali a Secretis Status qua de conventu Pisis habito laudatur, 138; probatur et imponitur creatio concilii (*giunta*) undecim membrorum, cui praesit ipse Unionis popularis praeses et inter quos adnumerentur praesides Unionis economicae, electoralis et iuventutis catholicae, nec non catholicarum mulierum, 139; hoc concilium semel saltem in anno convocandum, 139; quid hoc ad unionem boni conferat, 140; Unio popularis praeeminens erit super omnes alias catholicas Uniones, 140; commendat Pontifex inscriptionem catholicorum omnium Italiae Unioni populari, atque eiusdem vivam institutionem in singulis dioecesibus et paroeciis, 140.

De Bettinger S. R. E. card. Franciscus, archiepiscopus Monacensis ac Frisingensis, simul cum aliis Bavariae episcopis, epistolam accipit de communibus litteris obsequii plenis gratias referentem, 259.

Decanus Cardinalis, retenta sua dioecesi suburbicaria, etiam Ostiensem assumet, 230 sq.

De Carboniano Cosmas Der Gomidas Keumurgian, sacerdos et parochus armenus, natus Constantinopoli anno 1656, optime eruditus, sacerdotio auctus et renuntiatus archipresbyter S. Georgii Sulumanistiriensis, S. Scripturam Patrumque doctrinam assidue legens, religionem catholicam amplecti et propagari studuit, 266. Persecutiones sustinet haereticorum:

Hierosolymam petit: quiescente procella Constantinopolim reversus, brevi tempore captus, iniqua sententia damnatur et capite plectitur die 5 novembris 1707, 267. Processus de sanctitate informativus construitur concessione Pii Pp. IX anno 1862. Suspensus variis de causis resumitur a. 1906 et comparatur cum antiquo a. 1710 Romae habito. Tandem rogante R. P. D. Petro Kojunian, archiep. Chalcedonen., Postulatore Causae, Ponente Emo card. Gotti, signatur Commissio introductionis Causae die 12 maii 1915, 267 sq.

De Coulevain Petrus, eius opus « Le roman merveilleux » in Indicem refertur, 180.

Defunctorum Commemoratio sollemnis. In ea ter sacrum peragere poterunt omnes universae Ecclesiae sacerdotes, ex Constitutione Apostolica « Incruentum », 401 sqq., v. *Missa.*

— animae iuvantur suffragiis fidelium praecipue Missae sacrificio, 401 sqq.; quaenam fuerit fidelium pietas erga illas, 403.

De Hartmann S. R. E. card. Felix, archiepiscopus Coloniensis, una cum episcopis qui Fuldam convenerunt, epistolam accipit occasione annui conventus, 460.

« *De Sapporo* » in Iaponia Praefectura Apostolica erigitur, 114.

Deservientes in Gallia uti veri parochi retinendi sunt iisque Decretum « Maxima cura » applicatur, 381.

Dioecesum novarum erectio: Iericoënsis in Republica Columbiana die 29 ianuarii a. 1915, 121; Sobralensis in Brasilia, 571.

Diplomazia ecclesiastica. Conditiones periculi subeundi pro iis qui exoptant hoc ingredi curriculum: civilis conditio et honorabile genus, presbyteratus ordo rite susceptus, bonum Ordinarii testimonium, doctoralis laurea saltem in iure canonico et testimonia aliorum studiorum. Examen subeundum in variis disciplinis scriptis et ore, 397 sq.

Dismembrationis. Rotalis sententia, 73. Causae, conditiones, processus, 75 sq. Discrimen inter paroecias et missiones in ordine ad dismembrationem, quoad causas canonicas, quoad praerequisitam sententiam rectoris, quoad dotem, 76, v. *Missiones, Paroeciae.*

Distributiones quotidianae non percipiuntur a Vicario Capitulari ratione muneris et dum iis vacans abest a choro, 263 sqq.

Divortii opinio vel intentio in pactum deducta invalidat matrimonium, 297. Instructiones S. Officii 11 decembris 1850, 297.

Dominicus (*S.*): pium exercitium XV feriis tertiis ante eius festum plenaria indulgentia ditatur, 232; quod quocumque anni tempore peragi potest, 570.

Domus habitatio et usus distinguebantur antiquitus, 502; quae de facto deservit ad usum habitationis in valorem non venit cum agatur de congrua assignanda, 503.

Dubillard S. R. E. card. Franciscus, v. *Foedus sacerdotale.*

« *Durum nimis* », Constit. Apost. S. Pii V, 68 sq.

E

Ecclesia: quomodo intelligenda cum agitur de beneficii fructibus, 46 sq.

« *Ecclesiae catholicae* », Constitutio Apostolica Innocentii XII, 69.

« *Emanarunt* », Constitutio Apost. S. Pii V, 46.

Emigrantes itali qui in America domicilium sibi constituunt commendantur curis Ordinariorum Americae, Litteris circularibus S. C. Consistorialis die 22 februarii 1915 datis, 145; difficultates quibus illi obnoxii sunt, praesertim circa fidem, et quot miserrime in fide naufragarunt, 146; tanto malo avertendo remedium est augere numerum et operam sacerdotum italicae linguae peritorum qui se devoveant curae emigrantium, 146; ad illos iuvandos Pius Pp. X Motu Proprio *Iampridem* diei 19 martii 1914 Collegium peculiare in Urbe constituit in quo iuvenes alerentur qui missionarii essent in Americae regionibus, 146; B. P. illi sedem aptam destinavit et opportunis Litteris episcopis opus commendavit, sed, saeviente bello, modica sunt prolata subsidia, 146.

Episcopi in Consistorio publicati die 22 ianuarii 1915, 39 sq.; die 6 decembris, 514 sqq.; die 9 decembris, 518 sqq.

Episcopus ius habet vigilandi circa administrationem bonorum Capituli, 176 sqq.; non coarctandi vero Capituli iura ac libertatem, 178; nulla lege positiva cogitur administrationem visere, sed toties quoties opus fuerit, 178. Unde ex eo quod ipse per longum etiam tempus

administrationis rationem non requisiverit, suum ius non amittit, 178 sq.
Error theoreticus circa bona matrimonii illud non invalidat, 452.
Espinosa Marianus Antonius, archiepiscopus Bonaërensis, una cum caeteris episcopis Reipublicae Argentinae, epistolam accipit de sacra Argentinae nationis aede in Urbe, 406.
« *Ethnographica studia* ». Decreti exemplar ad americanos episcopos mittit S. C. Consistorialis italorum favore immigratorum, 146.
Eucharistia, nullum discrimen inter eius cultus et cultum erga Cor eucharisticum Iesu, 205 sq., v. *Cor.*
— illam asservandi facultas datur in stativis castrorum valetudinariis ac in bellicis navibus, certis sub conditionibus et servatis cautelis ab Ordinario castrensi statuendis, 329.
Eugubinus episcopus decoratur titulo Abbatis S. Benedicti Veteris, 173.
Exemptio: eius definitio; ius quoddam singulare seu privilegium, 335; – hospitalis a iurisdictione paroeciali in quo consistat, 335; duplex exemptio, quoad administrationem temporalem et quoad curam spiritualem, 335.
Exhortatio apostolica ad populos belligerantes eorumque rectores, v. *Pax.*
« *Ex parte* », Constit. Clementis XIII 30 septembris 1760, 240.
Expectativae praebendae a Tridentino sublatae sunt, 384 sq.

F

Faberi, v. *Stampa.*
Familiae catholicorum consecrandae Cordi Iesu Sacratissimo, 203. Pericula huius aetatis contra familiae constitutionem et sanctitatem, 204.
— quae S. Cordi se consecrarint iisdem fruantur indulgentiis quas Pius Pp. X familiis chilenis anno MCMXIII concessit, 205.
Feriae autumnales in SS. Congregationibus, Tribunalibus et Officiis Sanctae Sedis decurrent a die XX augusti ad diem X octobris, ita tamen ut officium nullum sit intermissum, unde in unoquoque officio aliquot aderunt officiales maiores et minores pro negotiorum expeditione, 378.
Ferrari S. R. E. card. Andreas interest nomine B. P. sollemniis apud templum D. N. a Misericordia Savonae, 202, v. *Scatti;* epistolam accipit qua B. P. gratulatur de anno XXV ab inito episcopali munere, 255; aliam occasione annui episcoporum Mediolanensis provinciae conventus, 458.
Festa in quibus collecta pro re gravi imperata omittenda est, 27, 28.
— S. Bartholomaei Ap., Corporis Christi, Dedicationis ecclesiae, S. Ioannis Baptistae, v. *Missa.*
« *Foedus sacerdotale pro Pontifice et Ecclesia* » cuius moderator fuerat in Gallia card. Dubillard, 89; huic succedit card. Sévin, v. *Sévin;* sacerdotes foederatos hortatur B. P. ut RR. Pontificum operam in re sociali illustrent, 90.
Fortalexiensis dioecesis in duas dividitur, quarum altera erit Sobralensis, et evehitur ad metropolitanam dignitatem, cui suffragentur dioeceses Sobralensis et Cratensis, 571, v. *Olindensis.*
Fossanense Capitulum, v. *Media annata.*
Franciscalium Ordinis martyres, 127.
Francisci (S.) Salesii (Opus), v. *Propagationis Fidei.*
« *Frauenfrage (Die)* », v. *Mannucci.*
Frühwirth Andreas, archiep. Heracliensis, Nuntius Apostolicus in Bavaria, epistolam accipit gratulatoriam occasione septuagesimi suae vitae anni, 433; S. R. E. cardinalis creatur, 513.
Funebres caeremoniae seu Missa de defunctis in suffragium pro iis qui bello decesserunt celebrari quidem possunt diebus a ritu permissis et quin habeatur a quocumque, etiam in dignitate constituto, ulla funebris oratio, 390.
Funerandi ius et *tumulandi* in hospitalibus favore Capellanorum regitur ad normam principiorum quae pro exemptione statuuntur, 338; tria complectitur in ordine exsequiarum, 342 sq.; v. *Exemptio, Hospitale.*
— quomodo acquiri possit, 189.
— durante bello competit exclusive capellanis castrensibus pro militibus qui in hospitalibus ad hoc erectis decedunt, 388; exsequiae vero agi debent in sacello hospitalis et cadaver ad coemeterium efferri sine pompa, 388.
Funk Philippus, eius opus « Von der Kirche des Geistes » in Indicem refertur, 180.

Furiosus suscipit sacramentum qui ante furiam sibi proposuerat illud recipere, etiamsi durante furia contradicat, 414; incapax ad matrimonium, 574 sqq.

G

Galerus ruber donatur cardinalibus creatis in Consistorio diei 6 decembris 1915, 518.
Galliciae archiepiscopi et episcopi epistolam accipiunt de obsequentissimis litteris B. P. missis, 591.
Gasparri S. R. E. card. Petrus, a Secretis Status, epistolam accipit commendantem pueros quos aprutinus terraemotus orphanos reddidit, 90.
Gasquet S. R. E. card. Aidanus, dimissa diaconia S. Georgii in Velabro, assumit diaconiam S. Mariae in Porticu, 514.
Gavotti Ludovicus, archiepiscopus Genuensis, una cum episcopis Liguriae, epistolam accipit ob litteras B. P. exhibitas occasione annui conventus, 569.
Gibbons S. R. E. card. Iacobus, archiepiscopus Baltimorensis, una cum aliis cardinalibus Statuum Americae foederatorum et Archiepiscopo Quebecensi, epistolam accipit de tuendo ac promovendo opere a Sancta Iesu Infantia nuncupato, 85; item ob vicesimum quintum expletum annum a fundatione Universitatis catholicae Washingtoniae, 166, v. *Washingtoniae;* aliam epistolam accipit qua laudatur eximia charitas catholicorum foederatarum Americae civitatum erga miseros nationis Mexicanae incolas, civilibus perturbationibus vexatos, 168.
Grannan R. D. Carolus epistolam accipit gratulatoriam quod de Collegio Pio Latino Americano bene sit meritus, 169.
Gregorianus cantus ad nativam venustatem revocatur Motu Proprio Pii X, 317, v. *Liberiana.*
Gualdo Tadino, eius ecclesia collegiata S. Benedicti ad cathedralis dignitatem honoris tantum causa evehitur, ita ut episcopus Nucerinus et Tadinensis nuncupari possit ac debeat, 122.
Gusmini Georgius, archiepiscopus Bononiensium, S. R. E. cardinalis creatur, 513.

H

Helvetiae episcopi epistolam accipiunt occasione annui conventus, qua B. P. laudat moderatores Reipublicae Helveticae et populum, qui Pontificis solertiam ad pacem obtinendam et ad minuenda belli damna obsecundant optime, 434.
« *Het Offer* » ephemeris, v. *Van den Berg.*
Hiberniae martyres: eorum causae introductio signatur a B. P., 128.
Hierosolymitanus S. Ioannis Ordo, v. *Tituli.*
Hispania habuit privilegium a Benedicto XIV trium missarum in die Commemorationis omnium fidelium defunctorum, item et Lusitania, 402, v. *Missa.*
Hospitale infirmorum gaudet quadam exemptione a paroeciali iurisdictione, 335; quae exemptio privilegium est, 335; quomodo iure communi subsit parochi iurisdictioni, 336; Capellani hospitalis exemptio probanda est, 336. Fontes exemptionis: privilegium et praescriptio, 336 sqq. Quae consuetudo sufficiat et requiratur in casu, 337.
Hypermetricae syllabae quoad cantum, e decreto S. Rituum Congregationis, eliduntur praesertim si id in praxi facilius et convenientius censeatur, 237.

I

Iericoënsis nova dioecesis in Republica Columbiana dismembratur e parte meridionali dioecesis Antioquiensis, 121. Eius fines eiusque paroeciae, 121.
Iesu (Societatis) martyres, 127.
Imagines vel statuae Beatorum publicae venerationi expositae amoveri non possunt auctoritate Ordinarii si adfuit indultum apostolicum pro expositione illa, vel maius pro celebrando festo de Beato cum Officio et Missa, 389.
Indulgentia plenaria pro defuncto lucranda ex privilegiato altari, v. *Altare.*
Indulgentiae conceduntur:
— *plenaria* piis exercitiis pro pace obtinenda, 9;
— *CCC dierum* orationi pro pace a B. P. propositae, 65;
— *CCC dierum,* toties quoties, piae cuidam laudi in honorem SS. Eucharistiae, 207;
— *plenaria* pio exercitio in XV tertiis feriis ante festum S. Dominici Conf., 232;
— *CCC dierum* cuidam preci in honorem quinque vulnerum D. N. I. C., 233;
— *amplificata* cuidam orationi: *O Gesù, vita eterna,* etc., 411;

— *CCC dierum, et semel in mense plenaria,* orationi pro pace in Canone Missae asservatae: *Libera nos,* etc., 436;
— *C dierum* invocationi ad B. V. a SSmo Rosario, 462, v. *Marialis.*
Indulgentiarum concessiones a S. C. S. Officii recognoscendae sunt sub poena nullitatis quae omnes Christifideles orbis catholici respiciunt, non vero *particulares,* 457.
Indulgentias (circa) Apostolatui Orationi adnexas dubia, v. *Apostolatus.*
Infallibilitatis Pontificiae vetustioris aetatis testimonia collecta in opere cl. Mannucci, v. *Mannucci.*
Infantia (*Opus a S.*), v. *Gibbons, Propagationis Fidei.*
Infirmarii sacerdotes milites, v. *Sacerdotes.*
Intentio vera non destruitur ab imaginaria voluntatis retractatione, 414, v. *Ordinatio, Scrupulosus;* sine illa non conficitur sacramentum, 415.
« *Internacionalismo papal* », v. *Torras.*
« *In throno iustitiae* », Const. Pii IV, 27 decembr. 1561, 240.
Ireland Ioannes, archiepiscopus S. Pauli de Minnesota, epistolam accipit de nova aede cathedrali Paulopoli dedicanda, 167.
Iubilatio post quadraginta annos servitii choralis non conceditur ex aliquo iuris textu sed benignitate, inducta consuetudine, 383; ad eam obtinendam servitium computatur etiam in diversis ecclesiis et praebendis diversis praestitum, 383; causa vero concessionis est quadragenarius annorum numerus, non alia, 383; ad eam obtinendam non potest iungi tempus quo quis inserviit tanquam canonicus honorarius, 386, bene vero tempus praestiti servitii tanquam canonicus suprannumerarius, 386.
Iura parochialia, 183 sqq.; praescribi possunt, 189.
Iuspatronatus. Eius species: haereditarium, familiare vel gentilicium et mixtum, 393 sqq.; eius probatio, 394.

K

Kalendarium, v. *Cathedrales.*
Korum Michaël F., episcopus Trevirensis, epistolam accipit gratias referentem de litteris obsequentissimis ac de petriana stipe, 258.

L

Laurea apud Academiam romanam S. Thomae, v. *Academia.*
Lecticarii sacerdotes, v. *Sacerdotes.*
Liberiana Basilica: instituuntur in ea Capellani cantores quatuor, 317; qui erunt sacerdotes voce pollentes et cantus gregoriani periti; ipsis reservantur quatuor beneficia ipsius Basilicae, 318; interni clerici, caeteris paribus, anteponantur, 318; hos cantores chori illico sumere liceat etiam sine beneficio, quos interea Mensa capitularis sustentabit, 318; cantor beneficiarius, suo muneri aetate vel infirmitate impar, beneficiarius manebit eiusque beneficium esse affectum desinet: eius loco sacerdos cantor sumatur, 318; cantores beneficiarii praesentes habeantur in choro pro distributionibus, etc., etiam cum suo munere in alia parte Basilicae fungantur, 318; ipsi specialibus legibus regantur B. P. probatis, 319. Debent servire choro per *mediariam,* exempti servitio altaris, 319. Distributionibus gaudebunt inter praesentes, et poenis pecuniariis quae fallae dicuntur, obiecti erunt aequae ac si servitio tertiariae in choro praestarent, 319. Exhortatio ad suum munus digne exercendum, 319.
Libri de argumentis religiosis ne publicentur sine legitima Superiorum licentia, ad normam Constitutionis Leonis Papae XIII « Officiorum ac munerum » et Decreti Urbani VIII a. 1625, « Sanctissimus Dominus Noster », 594.
— *prohibiti* a S. C. Indicis die 12 aprilis 1915: *Cyrillus Macaire,* La Constitution divine de l'Eglise; *Philipp Funk,* Von der Kirche des Geistes; *Alphonse Saltzmann,* Les remèdes divins pour l'âme et le corps; *Pierre de Coulevain,* Le roman merveilleux, 180.
Likowski Eduardus, archiepiscopus Gnesnensis et Posnaniensis, epistolam accipit de miseris Poloniae conditionibus bello partis, 91.
Locatio-conductio operarum, quid sit, 530 sq.; de eius mercede, 531; de negligentia locatoris operarum, 532.
Lovanii Universitatis bibliothecae reconstituendae B. P., vestigiis praedecessorum suorum inhaerens, libris Bibliothecae

Vaticanae aliisque mediis enixe succurrere satagit, 358 sqq.
Lusitania, v. *Cruciatae, Hispania.*

M

Maffi S. R. E. card. Petrus, archiepiscopus Pisanus, epistolam accipit de creatione Operis vulgo *Opera nazionale per la buona stampa,* cuius etiam statuta adiunguntur, 246 sqq. Opportunitas imo necessitas huius institutionis, 247. Hortatur B. P. catholicos italos ecclesiasticos et laicos omnes ad ipsam fovendam et vulgandam, 247; eiusdem Praeses ad honorem card. archiepiscopus Pisanus nominatur, 247. Praeses vero erit Illmus vir praelatus R. D. Franciscus Faberi, 247.
Mannucci Ubaldus epistolam accipit a B. P. de duplici venerationis obsequio, cum ipse opus Dialogum Andreae a S. Cruce, « De Ecclesiae primatu » in lucem editum B. P. obtulerit, nec non aliud: « Die Frauenfrage » sac. Augustini Rösler, Congr. SS. R. sacerdotis, italice translatum, 165.
« *Manus mortuae* » taxa inter fixa onera connumeranda, 313 sq.
Maria (B. Virgo) Auxilium christianorum pro pace invocatur, 36.
Marialis mensis: pium exercitium pro pace frequentantibus indulgentia ccc dierum, semel in die, conceditur, plenaria vero iis qui saltem vicies adfuerint, 193.
Martyrii declaratio servorum Dei Dermitii O' Devany, Ordinis S. Francisci, episcopi Dunensis et Connorensis, Terentii Alberti O' Brien, Ord. Praedicat., episcopi Imolacensis, et Sociorum biscentum quinquaginta septem, 125 sqq.
Maryknoll: Societas Missionariorum ibi instituta laudatur eiusque Constitutiones ad decennium probantur, 421.
Matrimoniales causae non transeunt in rem iudicatam, 351, 355 sqq.
Matrimonii obiectum formale, finis primarius et secundarius, proprietates essentiales, 52; si in contrahendo excluditur obiectum formale irritum est, 52; item irritum si conditiones apponantur contra eius proprietates essentiales, 52; sine bono sacramenti numquam est sacramentum, 53; unde intentio contraria bono fidei et prolis, si deducitur in pactum, annullat matrimonium, 53; illud non irritatur simplici errore de eius solubilitate, irritatur vero intentione sese non obligandi per actum voluntatis excludentis perpetuitatem et indissolubilitatem, 54; de conditionibus quae illud invalidant vel non, 293 sqq.; quae vinculi indissolubilitatem attentant, 294 sqq.; ubi verba praeclara Benedicti XIV, 295. Error circa eiusdem indissolubilitatem, 296 sqq.
Mauri (S.), v. *Victoris.*
« *Maxima cura* »: Decretum de amotione parochorum administrativa: eius finis est remotio parochorum in bonum fidelium quoties eorum ministerium noxium vel inutile evadat, 380; unde applicatur cum processu in ipso decreto praescripto iis tantum qui titulum habent per se inamovibile, 381, non vero iis qui ad nutum Episcopi amoveri facile possunt, 381, v. *Deservientes, Parochorum.*
Media annata quae a novis beneficiariis debetur sacristiae, 67, an exonerentur qui investiti sunt per bullam pontificiam, 67 sqq.; dubium circa eius obligationem in capitulo Fossanensi negative solutum a S. C. Concilii, 70.
— praestatio determinata adaequans dimidiam partem redituum primi anni e beneficio provenientium quae auctoritate apostolica favore ecclesiae cath. aut colleg. solvenda, 210; fundatur in const. Benedicti XIII « Pius et misericors », 210 sqq., hoc ius non admittit praescriptionem neque exceptiones praeter tres, nempe: si provisio beneficii fiat immediate ab Apostolica Sede; si iam vigebat mos solvendi pro ecclesia aliam non minorem ratam; si aliunde fabricae ecclesiae satis consultum fuerit, 211; non confundenda cum iure cathedratici, 212; pro illa solvenda computandi sunt etiam proventus incerti, non vero simpliciter *adventitii*, 212; unde etiam *congrua* et *supplementum congruae* 212 sq., non vero summae a civili potestate receptae titulo expensarum cultus, 213; in ea statuenda deducenda sunt onera fixa et realia, non vero personalia, 213 sq.
Medolago-Albani, comes Stanislaus, praeses Unionis oeconomico-socialis pro catholicis Italiae, epistolam accipit de immediata S. Sedi subiectione scholae oeconomico-socialis bergomensis, 453.

Mendes Bello S. R. E. card. Antonius, Patriarcha Lisbonensis, epistolam accipit de eius sacerdotali iubilaeo gratulatoriam, 285; — v. *Cruciatae*.

Menghini Ioannes Baptista, caeremoniarum pontificalium magister, epistolam accipit gratulatoriam ob volumina de rebus liturgicis B. P. oblata, 569.

Mensae episcopalis reditus Sede vacante qui obvenerunt durante munere Administratoris Apostolici, cuinam tribuendi sint, 45. Specialibus adiunctis ibi expositis fructus ipsi per dimidiam partem pertinent ad mensam episcopalem; per alteram dimidiam vero ad episcopum successorem, 47.

Metus quomodo matrimonium dirimat, 350; gravis in se, relate ad personam, procedens a causa libera, iniustus et directus ad extorquendum consensum, etc., 350; est probandus ab eo qui illum allegat, 350; enervat voluntatem et consensum excludit, 425, etiamsi reverentialis et extrinsecus procedens a causa libera seu ab homine, 425 sqq.

Mexicani, v. *Gibbons*.

Migrantium operariorum italicorum ad exteras gentes adsistentia Societati commissa cui praeest ad honorem episcopus Vicentinus, 95; ipse episcopus missionarios sacerdotes exquiret penes italos migratos mittendos ad exteras regiones, auditis Ordinariis originis sacerdotum et loci ad quem mittuntur, necne de beneplacito S. C. Consistorialis, 95 sq., eosque vigilabit per se vel per visitatores et maxime per Ordinarios locorum, 96; ab istis omnino pendent Missionarii, 96; Episcopi est illos etiam transferre ac revocare ex iusta causa, 96, de revocatione certiores faciendi Ordinarii loci et originis et S. C. Consistorialis, 96; de translatione vero moneantur Ordinarius sacerdotis et Ordinarii locorum *a quo* et *ad quem*, 96; S. C. Consistorialis etiam monenda si aliquam casus praeseferat difficultatem, 96.

« *Militantis Ecclesiae* » Const. Innocentii X quid circa arma Cardinalium S. R. E. indixerit, 172, v. *Tituli*.

Milites ad bellum vocati (*sul fronte*) admitti possunt ad s. eucharistiam per modum Viatici, 97; in bello absolvi possunt generali formula, seu communi absolutione, quando tantus est eorum numerus ut singuli audiri nequeant, doloris actu debite emisso, 72; ita absoluti ad eucharistiam admitti possunt, manente tamen obligatione integre confitendi suo tempore, transacto periculo, 72; absolvi etiam possunt a quocumque sacerdote etiam non capellano militari, dummodo is a proprio vel ab alio Ordinario facultatem habuerit confessiones excipiendi, quae positive revocata non fuerit, 130; in statu mobilitationis aequiparari possunt iis qui versantur in periculo mortis ita ut absolvi possint a quovis obvio sacerdote, 282.

— *defuncti*. De illorum animabus sollicitus B. P., hac etiam ratione tres missas celebrari permittit omnibus sacerdotibus die 2 novembris, 403.

— *sacerdotes* possunt recipere confessionem omnium qui in exercitu militent, et de omnibus rite absolvere nulla manente reservatione, 281.

Minister altaris vel Sacrificii missae: venit quicumque clericus vel laicus missae ad altare inserviens, 71.

Misericordia (*Dominae Nostrae a*) *Sanctuarium Savonense*, v. *Scatti*.

Missa ut celebretur domi quocumque die Ordinarii permittere possunt per modum actus, 147, idem permittere possunt favore eorum qui Oratorii domestici indulto gaudent, etiam diebus in ipso indulto exceptis, 147.

— *pro populo* applicanda est etiam die 19 martii (non vero feria quarta ante dominicam tertiam post Pascha qua festum Patrocinii S. Iosephi celebratur), item feria quinta in festo SS. Corporis Christi et die 24 iunii, in festo S. Ioannis Baptistae, 26 sq.

— in dioecesi Papiensi applicanda erit die 25 augusti qua celebratur festum S. Bartholomaei, perpetuo translatum ob incidentiam festi Dedicationis ecclesiae cathedralis die 24 eiusdem mensis, 26 sq.

— tolerari potest ut diebus festis suppressis cum celebretur ad mentem episcopi, hoc fiat alia die et per alium sacerdotem, 27.

— pro defunctis, praesente cadavere, quantum fieri potest celebranda ante inhumationem, 345.

— eius celebratio a sacerdotibus militiae adscriptis, v. *Sacerdotes*.

— ter celebrari potest in die sollemnis commemorationis defunctorum, 403; prima libera sacerdotis applicatione et percipiendo stipendio, altera pro omnibus defunctis, tertia ad mentem Summi Pontificis, 403; tres missae legi debent eo die prout Benedictus XIV praescripsit pro regnis Hispaniae et Lusitaniae, 404. Prima quae est *in Commemoratione omnium fidelium defunctorum,* altera quae est *in anniversario defunctorum* cum sequentia et orationibus propriis, 422; tertia quae legitur *in Missis quotidianis* cum sequentia et orationibus propriis, 423. Missarum fundationes vel legati dolendum quod partim deleta, partim reducta, quare etiam B. P. ter missam peragere permittit in Commemoratione omnium fidelium defunctorum, 402 sq. Quomodo applicandae ex constitutione « Incruentum »: una e tribus ad libitum sacerdotis applicari potest cum percepta stipe, 480; non potest pro illa maior exigi eleemosyna neque pro duabus aliis aliquid accipi ratione laboris vel alio quovis titulo; neque illas duas missas sacerdos applicare potest cum ordinario stipendio et alia die vel per se vel per alium duas alias celebrare ad intentiones praescriptas; Episcopus potest poenam suspensionis irrogare sacerdotibus ita agentibus eosque stipendio privare, 480.

— preces in eius fine a Leo XIII praescriptae adhuc dicendae sunt, 526.

Missae votivae quaedam permittuntur durante bello, v. *Capellani militares.*

— quaenam legendae sunt a sacerdotibus ritus Ambrosiani in die Commemorationis omnium fidelium defunctorum, 497.

Missiones qua lege et via dismembrentur, 75. Ius particulare inductum a Const. *Romanos Pontifices,* 75, v. *Dismembrationis, Westmonasteriense.*

Mistrangelo Alphonsus Maria, archiep. Florentinus, S. R. E. card. creatur, 513.

Mobilitatio, v. *Milites sacerdotes.*

Monasterium conveniendum in iudicium pro singulis religiosis, 542 sq.

Mongoliae orientalis et meridionalis, Vicariatuum apostolicorum, fines declarantur decreto S. C. de Propaganda Fide, 113 sq.

Montaignac de Chauvance Ludovica Teresia, fundatrix piae Unionis Oblatarum a Sacro Corde Iesu, nata in *Le-Havre de Grâce,* civitate Normanniae, dioecesis Rothomagensis, die 14 maii 1820, domicilium habuit fixum in civitate Montis Lucii, Molinensis dioecesis, 49. Colligit et curat orphanas, constituit Opus ab Adoratione Reparatrice, 49; ampliato orphanotrofio, erigit Piam Unionem Oblatarum S. Cordis Iesu die 21 decembris 1874; anno vero 1879 instituit « Parvam scholam pueri Iesu » pro ecclesiasticis vocationibus, 50. Eligitur Instituti Oblatarum moderatrix generalis, 50. Quod institutum ab Apostolica Sede die 4 octobris 1881 laudatum, anno 1895 approbationem accipit, 50. Piam animam exhalat die 27 iunii 1885 non sine sanctitatis opinione, 50; processus dioecesanus instruitur, 50; signatur Commissio introductionis Causae beatificationis et canonizationis, 50 sq.

Montichiari: ecclesia huius oppidi paroecialis, dioecesis Brixiensis, ad dignitatem et honorem abbatiae mitratae evehitur, et parochus pro tempore titulo abbatis mitrati una cum privilegiis et insignis cohonestatur, sicut alter parochus extraurbanus oppidi *Rovato,* 262. Abbas vero Montisclarensis nonnisi in sua paroecia et in ecclesia S. Pancratii martyris, die festo eiusdem solemni, pontificale peragere vel pontificaliter adsistere potest, 262.

Morganti Paschalis, Ravennatensium archiepiscopus, epistolam accipit qua B. P. eidem gratias agit de libellis reverenter exhibitis, 201.

Mors praesumpta coniugis: specialis casus solvitur a S. C. de Sacramentis, 235; cum probationes veri nominis adduci nequeant quid sufficiat ex instruct. S. Officii, 235. Praesumptiones quaedam exponuntur, 235 sq.

Mulier adiutrix non aemula viri, neque alienis sit dedita studiis magis quam inter domesticas parietes regnet, 165.

Mundi hodierni miseria spiritualis ex oblivione Christi, 408; eius praecipua duplex labes cum homines non caritate christiana dirigantur, sed nimio amore sui et summa doloris impatientia, 408.

N

Naval Franciscus, sacerdos e Missionalibus filiis Immaculati Cordis Mariae, epistolam accipit qua laudatur ob binos libros,

nempe: *Sermonario breve*, et *Teologia Ascetica y mystica*, 170.

Neogranatense concilium provinciale: quid in illo statutum fuerit quoad rerum ecclesiasticarum dominium, 132.

« *Nostis profecto* »: allocutio habita in Consistorio secreto die 6 decembris 1915. In ea B. P. Purpuratos Patres morte ereptos plures eo vehementius dolet quo magis turbulentissima aetate Ecclesiam ipse gubernat, 509 sq. Dolet praeterea ruinas sexdecim mensibus cumulatas propter nefarium bellum europaeum, 510; gentis Armenae sortis miseratur, 510. Memorat Litteras populis belligerantibus eorumque ducibus datas, reverenter acceptas sed sine optatis fructibus, 510. Vicarius Christi, Regis pacifici et Principis pacis, pro filiorum clade magis in dies B. P. anxiatur et Deum enixe rogat ut Ipse finem dimicationi imponat, 510. Unum indicat quod ad finem belli possit conducere, h. e. illud quaerere non quae uni tantum parti prodesse videtur: consiliis collatis, utrimque optata, volentibus animis, pandantur et expendantur ita ut tollantur e medio quae iustitiam laedant, quae modum excedant, 510; compensationes admittantur, 511; sicut in quavis humana controversia aliquid remitti et concedi debet de sperata utilitate ex utraque parte: quod nisi fecerint, coram Deo et hominibus respondere debebunt de tam cruenta praeliandi immanitate, 511, ex qua causae possint esse cur Europa decidat ab humanitatis gradu quem ope religionis adepta est, 511. Loquitur praeterea B. P. de incommodis quae bellum Sanctae Sedi attulit, 511, cum R. Pontifex in ea sit condicione qua frui nequeat plena libertate. Admittit B. P. voluntatem incommoda removendi in civilibus Italiae gubernatoribus, sed hoc ipsum demonstrat Romani Pontificis sortem a civili potestate pendere, eam proinde esse quae, mutantibus hominibus, mutari possit, 511. Ex gravioribus difficultatibus memorat B. P. discessum nonnullorum ex legatis exterorum Principum, sui muneris ac dignitatis tuendae causa, 511. Sed neque ex altera parte iudicandum Romanum Pontificem morem gerere illis tantummodo quorum voces audire possit, 512; sed neque negandum multa ex ista rerum conditione ad Pontificis cognitionem non pervenire quae magnopere scire interesset, 512. Haec fera in dies crescens tanta trucidatio hominum et conditio in dies deterior Sedis Apostolicae animum B. P. suorumque fratrum angit, sed in Deo qui dives est misericordia sperandum qui finem his malis tandem imponat, 512. Denique annuntiat B. P. praestantissimos viros Collegio Cardinalium cooptare ex utroque clero numero pares, qui de Ecclesia optime meriti sunt in variis officiorum et ministerii sacri muneribus, 512; eorum nomina enunciat, 513; v. *Tonti, Mistrangelo, Cagliero, Frühwirth, Scapinelli, Gusmini*.

Nova Nursia in Australia. Illius abbas R. P. D. Anselmus Catalán, O. S. B., confirmatur, 331.

Nullitas sententiae triplex admittitur in S. Rota, 239; quarta e Const. *Sapienti Consilio*, 240.

Nyanza, v. *Victoriae*.

O

Obiecta pia benedici possunt tempore belli a sacerdotibus apud milites degentibus, dispensata clausula « de consensu Ordinarii loci in quo facultas exercetur », 66.

Octava festi SS. Apostolorum Petri et Pauli extenditur ad omnes ex utroque clero Romae eiusque districtu commorantes, utpote privilegiata tertii ordinis, 441 sq.

O' Halloran Richardus, sacerdos archidioecesis Westmonasteriensis, nominaliter excommunicatur, 437.

Olindensis metropolitana ecclesia: ab eius metropolitico iure eximuntur dioeceses Fortalexiensis et Cratensis, 571, v. *Fortalexiensis*.

Onera realia, personalia, fixa, 213, v. *Media annata*.

Optio proprie dicta consistit in iure assequendi aliquod beneficium vacans, 103; illius ius pendet a consuetudine, 101; eius origo in capitulis, 102; quomodo cadere potest sub reservatione pontificia beneficiorum, 103.

Oratorii privati indulto gaudentes, v. *Missa*.

Ordinarius: eius consensus non requiritur ad benedicenda pia obiecta favore militum, 66, v. *Obiecta*.

Ordinatio sacra: ex eius validitate pendet validitas fere omnium sacramentorum, 413; potest et debet iterari sub conditione si dubium prudens adsit circa eius validitatem, 413; casus de dubio in scrupuloso ordinato, ubi etiam de intentione in ordinando, 411 sqq.

Ordines religiosi, quomodo in iudicium vocari possint, 543 sq.

Orphani pueri ob terraemotum aprutinum a B. P. sublevantur, 90.

Ostiensis dioecesis, v. *Decanus.*

P

Pallium sacrum, expostulatum conceditur in Consistorio ecclesiis pluribus, 522.

Paroeciae: earum divisio vel dismembratio quo iure regatur, 74. Causae: longa distantia vel difficultas itineris: reditus adsignandi arbitrio Episcopi ex reditibus ecclesiae matricis, vel a populo exigendi, 74 sq.: speciales rationes hodiernae, 75; requiritur consensus capituli cathedralis, citatio et auditio rectoris paroeciae dismembrandae, etc., 75, haec vero omitti potest, 75; constet de congrua sustentatione novi parochi, 75, v. *Dismembrationis.*

Parochialia iura praescribi possunt, 190 sq., 486.

Parochi Urbis: a) uti possunt *rocheto* cum ipsi collegialiter convocentur utique etiam coram Summo Pontifice, 48; *b*) item si aliqui tantum conveniant occasione missionum, etc., 48; *c*) *singuli* insignibus ex privilegio concessis uti possunt exercentes suum ministerium in proprios parochianos etiam extra propriam parochiam, 49; non tamen pro *b* et *c* in Basilicis patriarchalibus et filialibus ecclesiis, praesente capitulo Basilicae matricis, 49.

Parochorum amotio in Statibus Americae Sept. Foederatis iuxta Concilium Baltimorense II in potestate erat Episcoporum, 378 sq.; inamovibilitas vero parochorum invaluit in Conc. Baltimorensi III certis quidem circumdata cautelis, 379. – Nunc Decretum « Maxima cura » anni 1910 valet etiam pro dioecesibus foederatorum Statuum Americae Sept. favore illorum qui vere paroecias regunt, 379, non vero pro rectoribus paroeciarum seu missionum qui a Concilio Baltimorensi III inamovibilitate non sunt donati, 380.

Parousia seu secundus adventus D. N. Iesu Christi in epistolis Sancti Pauli apostoli: – de illa loquentes dici non potest apostolos exprimere humanos sensus quibus error vel deceptio subesse possit, 357; – in epistolis S. Pauli, *v. Paulus*; non licet traditionalem reiicere interpretationem verborum Apostoli in I ad Thessal., vv. 15-17, quae nullam involvit affirmationem Parousiae tam proximae ut Apostolus seipsum et lectores suos adnumeret fidelibus qui superstites ituri sunt obviam Christo, 358.

Pauli (S.) de Minnesota, v. *Ireland.*

Paulopolis, v. *Ireland.*

Paulus Apostolus (S.). Nihil dixit quod non perfecte concordet cum temporis Parousiae ignorantia, quam Christus hominum esse proclamavit, 357 sq.; eius verba, in cap. IV, epist. I ad Thessal., vv. 15-17, v. *Parousia.*

Pax: ad illam exhortatio apostolica ad populos belligerantes eorumque rectores, 365 sqq. Ab initio pontificatus sui B. P. vehementer doluit de luctuoso bello quod tam crudelissime familias deturbat, 366, nihilque ille omisit, nec omittet, ut bello eidem finis imponatur, 366; quin tamen pacis charitatisque verba exaudirentur, 366. Unde in B. P. dolor invaluit, non cessit vero voluntas; unde preces ad Deum ipse una cum fidelibus omnibus perseveranter fundit, illas operibus penitentiae firmando, 366. Die vero anniversario ab indicto bello, denuo clamat Pontifex populosque in nomine Christi Redemptoris eiusque Sanguinis deprecatur ut a flagello tandem abstineant et Europae iam pene vastatae parcant, 366 sq. Rectores populorum meminerint rationes ab ipsis exactissime reddendas esse supremo Iudici, 367; praelium immane et ruinam pensent, 367: absque armorum vi res componi possunt. Frustra populorum destructio intentatur: nationes opprimi quidem possunt, non destrui, quae, humiliatae iacentes, vindictas parant atrociores, 367; aequum est populorum iura ac desiderata pensare, et rationes solvendi conflictus mutuo quaerere, 367; orbis tranquillitas in iure et charitate fundatur potius quam

in armorum vi ac multitudine, 368. Omnes quotquot sunt pacis amatores invitat B. P. ad hoc summum opus. Christum Dominum eiusque Virginem Matrem perdolentem orat, ut quam citissime pacis illucescat dies, 368, et deinceps populorum causae non ense sed aequitatis et iustitiae rationibus dirimantur, 368.
— oratio pro illa obtinenda a B. P. composita, 9, eiusque versiones authenticae: gallica, 11, anglica, 13, germanica, 16, hispanica, 18, lusitana, 20, slavonica, 22, polonica, 24.
— preces pro illa obtinenda a B. P. praescribuntur die 7 februarii 1915 in dominica sexagesimae in Europa, extra vero, die 21 martii. Forma harum precum, 8, indulgentiae quibus ditantur, 9; precibus ipsis B. P. interest ad S. Petri in Vaticano, 35; hae preces iterari permittuntur in ecclesiis Europae die 21 martii, 138.
Polla oppidum, duorum Ordinariorum iurisdictioni subiectum, Dianensis nempe et Cavensis; unde controversiae saepe renovatae, 326. Nunc S. C. Consistorialis, decreto diei 12 dec. 1914, ordinaria iurisdictio ibi ordinatur, ita ut oppidum ipsum usque ad flumen Tanagro subsit Ordinario Dianensi, 326; a flumine Tanagro ad paroeciam S. Petri extra Pollam, etc.... territorium subiiciatur Abbati Cavensi, 326. Exsecutor decreti nominatur R. P. D. Nicolaus Piccirilli, archiep. Compsanus, 326.
Polonia, v. *Likowski*.
Praecedentia inter sodalitates, Ordines, etc., in processionibus statuitur Const. Gregorii XIII diei 25 iulii 1583, pro antiquiore quando non constet de possessione praecedentiae, 152; non ergo habenda est ratio dignitatis, sed antiquitatis, 153; exceptio fit pro Sodalitate Ssmi Sacramenti istud comitante, quae tunc praecedit omnes sodalitates, 153; insignia et tituli honoris minime ius dant praecedentiae, 154, neque titulus Archisodalitatis per se, nisi adsit consuetudo, 154.
